sciendū ē quod sicut is qui margaritas negotiabat plures  
inueniens unam pretiosā. uendit om̄ & emit illā unam.  
Ita quis a pluribus fructib; incipiens. quod <sup>ad</sup> unā p̄fectionis  
tendere debet fructū. Requirendū nunc est quō ap̄  
tolus grecis & barbaris sapientibus & insipientib; debitor  
est. Quid enī ab ipsis acciperat. unde eis debitor fieret.  
Arbitror diuersis quidem gentib; inde eū effectū esse  
debitore. quia omniū gentiū linguas eloqui accepit per  
gratiā sp̄s sc̄i. sicut & ipse dicit. Omniū ur̄m magis lin  
guis loquar. Quia ergo linguarū notitiā non prosequitur  
sed pro his quibus p̄dicandū est accipit debitor omnib;  
illis efficitur. quorū accepit adō linguae notitiae.  
Sapientibus autē efficitur debitor per hoc quod accipit sapi  
entiā in ministerio absconditā quod per fecit & sapientib;  
loqueretur. Quom̄ autē & insipientib; in quo patientiae  
gratiā & longanimitatis accipit. Summe & enim  
patientiae est ferre insipientiū motus. Gratiā  
autē addidit inconsequentib; itaq; in me est prumptus  
sū & uobis euangelizare. Prumptū se esse testatur  
quod & alibi dicit. Si uolens hoc ago mercedē habeo.  
Prumptus enim quid est prudentib; loqui. De insipientib;  
uero sentiendū est illud quod dicit. Si uis inuitus dispensa  
tio mihi credita ē. Quae enim mihi ē si non euangelizā  
uero. Non enī erubescō euangeliū. Virtus enī dī est  
in salute omni credenti. Multa quidem probra aduer  
sū euangeliū initio praedicationis exortasunt.  
Sed paulus patientiam didicerat. A profectis dicentib;



nolite uinci obprobriis eorū neque cedatis spretionibus  
 eorū. Et sciebat quod euangeliū praedicaret. non in foris  
 humane sapientiae. uerbis sed in uirtute sp̄s. Desiēns  
 ergo quid sit euangeliū pronuntiat. Uirtus enī inquit  
 di est in salute omni credenti. Iudeo primū & greco; quia  
 dixit uirtus di est in salutē uidetur ostendere. quasi sit  
 aliqua uirtus di quae non sit ad salutem sed ad perditionē.  
 Scit quippe & in propheta scriptū esse & erua uirtus mea  
 magna. Et iterum in psalmis dici. in uirtute tua desper  
 de eos. Et ideo hic dicit. uirtus di in salutē. Uidendum ē  
 ergo ne forte propter istas uirtutū di differentias dextra  
 & sinistra in dō appelletur. Ut uirtus in salute dextra eius.  
 & uirtus in qua desperdit sinistra dicatur. Sed & illud ad  
 uertendū est. ne forte quod xp̄s di uirtus dicatur. Et euange  
 liū uirtus di xp̄s sicut alia multa. Ita euangeliū intellegi de  
 beat & forte aeternū quod dicitur euangeliū de ipso dici sen  
 tiendū sit. Omni inquit credenti iudeo primū & greco.  
 Greci primo duabus apellationibus omne hominū censuerant  
 genus. uel grecū dicentes esse unumquēque uel barbarū.  
 Et distinctio eorū talis fuerat. ut omnis qui grecus non esset  
 barbarus haberetur. Sed multo uerore distinctione utit  
 paulus iudeos primo dicens. & post modū grecos postremo  
 barbaros. Cum enī greci quod ipsi legibus utebantur omnes  
 reliquos tanquā sine legibus uiuentes barbaros appel  
 lauerint. Merito iudei & iā ipsi grecis ab apostolo prae  
 feruntur. quia & ante ipsos legibus uiuere coeper̄ & le  
 ges eorū ad dō & non ab hominibus promulgatae sunt.



Justitia enim dei reuelatur ex fide in fide. Justitia enim dei in  
euangelio reuelatur. per id quod ad salutem nullus excipitur.  
siue iudeus siue grecus siue barbarus ueni & .  
Omnibus enim aequae saluator dicit. uenite ad me omnes  
qui laboratis & onerati estis. De fide autem in fide iam superius  
diximus. Quod & prior populus in fide erat quod cre-  
diderat deo & in omni famulo eius. ex qua fide nunc ad fide  
euangelii transit. Quod autem dicitur ex testimonio ab ac-  
cipiente propheta quia iustus ex fide mea uiuit. Siue is qui in le-  
ge est ut & iam euangelii credat. Siue is qui in euangelio  
est ut & iam legi credat & prophetis. Alterum enim sine  
altero integritatem non habet uitae. Reuelatur enim  
ira dei de caelo in omnem impietatem & iniquitatem hominum  
qui ueritatem iniquitatem detinent. Propter ea quia quod no-  
tum est dei manifestum est in illis. Quod enim illis manifestauit  
de ira dei plenus nobis in alio loco dictum est. paucis tamen  
& iam in praesenti dicitur. Igitur ira dei nunc reuelari  
dicitur non in parte aliqua sed in omnem impietatem  
& iniquitatem. Ne tamen in omnem homines sed in illos so-  
los qui ueritatem in iniquitatem detinent. Detinent  
quidem sed iniustitiam meam detinent. Quibus & iam di-  
citur manifestum esse id quod notum est dei ostendens esse  
aliquid dei quod notum sit. Et aliquid eius quod dignum sit.  
Dicitur ergo reuelari iram dei his qui hic non ignorantibus  
ueritatem sed tenentibus eam. licet & male tenentibus  
ira dei de caelo dicitur reuelari. Uidetur quod ratio-  
nem & scientiam iram dei manifestatam dicat esse his



quibus ueritas notae licet eam iniquitate detineant.  
 quamquidem ut ex consequentibus declaratur.  
 De sapientibus huius mundi & eruditis uel philosophis di-  
 ci intellegitur. Quicū ueritate & iustitiā dī cognouis-  
 sent. non sicut dñm magnificauerunt aut gratias egerunt  
 sed euanuerunt in cogitationibus suis. Conuersi ad idola  
 & dicentes se esse sapientes facti facti sunt. quia cōmu-  
 tauerunt gloriā incorruptibilis dī in similitudinē imagi-  
 nis hominis & uolucrum & quadrupedū & serpentium.  
 In quibus & iā hoc ostendit apostolus quod ea quidem que  
 ad sapientes seculi de ueritatis scientia peruenierunt.  
 dō reuelante perueniunt. Sed dū aut uane gloriæ  
 student aut adulantur erroribus uetustis. aut metu  
 principū refrenantur. dampnationis suae ipsi iudices  
 fiunt. A quibus ueritas quā dō reuelante cognouerant  
 aut ex clausa libertate contegit aut gestorum iniquita-  
 te denegatur. Ita ergo dī ira uidetur interdum uirtus  
 ipsa quæ præ est poenarū ministris & quæ supplicia  
 infert peccatoribus dici sicut significari estimo in eo  
 quia refertur quod ira commouerit dauid & iuber &  
 ioab numerare populū. Sed & ministri eius significan-  
 tur ac socii in eo quod dicit. Inmisit in eos iram furoris  
 sui tribulationē & iram per angelos malos. Interdum  
 & iam ipsius conscientiae cum delinquimus ultores &  
 uindictæ stimuli ira appellant. sicut idem apostolus  
 dicit. Recondis tibi irā indie iræ. & alibi inter se  
 in uicē cogitationib; accusantib; aut & iā defendentib;



idie cū iudicabit dī occulta hominū. Sed & tribulatio  
nis uel temptationis afflictio iradi nominatur.  
Sicut & iob dicit. Ira aū dñi est incorporimeo. Curā  
de caelo nunc iradi dicitur reuelari fortassis addistinc  
tionē alterius irae quae non ē de caelo. Ut est illud  
furore draconū uinū eorū & furor serpentū insanabilis  
Aut forte quae ipsi aduersū quos sermo dirigit non igno  
rantia sed inscientia ueritatis peccare dicuntur.  
Ideo in eo sclo poena dirigitur. inde enī poenarū minus  
ter accipit potestatem uel certe quae spiritalia nequitiarū  
aduersū qui nobis certamen est in caelestibus esse dicunt.  
Consequenter in eos qui ab his superantur iradi de caelo  
dicitur iaculari. uel si dicamus qui agnita in eos tela in  
de uibrantur & uulnera quibus in peccata currunt in  
de suscipiunt. Hi uero quanto ueritatis expertiores  
uel qui nihil habeant commune cū caelo & luce ueram  
uel uitiorū suarū passionū q; cū demonū quibus se  
sponte subdiderunt perferunt in omnē impietatem & iniquita  
tem hominū qui ueritatem iniquitatem detinent. Impie  
tas in dñm peccare est. iniquitas in homines. In dñm  
ergo & in homines peccant qui ueritatem iniquitatem  
detinent. quā ueritatem agnouisse credendis homi  
nes naturalibus & adō animae insitis rationabilibus  
quibus tam prudentiae concessū est. Ut quod notū est  
dī id est quod agnosci de deo potest. per coniecturā crea  
turae his quae uideri possunt inuisibilis eius agnosce  
rent. Hoc ex pacto iustum erit iudiciū dī & iā erga eos



quante aduentu xpi cū potuerint dñm agnoscere ab eius cultu  
 declinantes ad imagines hominū adorandas & animalium  
 deuerterunt. Vt enim breuiter & omni in unū collecta  
 diffinitione dicamus adorare aliū quē praeter patrē & fi  
 lium & spm̄ sēm̄ impietatis est crimen. quia quod notū ē  
 di manifestum ē in illis. Dñs enim illis manifestauit. Jam  
 & superius diximus quae notū di est hoc quae & ex huius  
 mundi consequentia uel rationib; assequi possunt. .  
 Sicut & ipse apostolus ex consequentib; indicat dicens.  
 Inuisibilia eius per ea quae facta sunt contemplari.  
 Ignorū aū di intellegendum est ratio substantiae eius  
 uel naturae cuiusq; sit pprietas. Puto quod non solum  
 nos homines sed & omnē lateat creaturā. Aut si aliquan  
 do tantus erat naturae rationabili pfectus. Ut in hanc  
 quoq; possit peruenire notitiā di est nosse. Tale enī  
 aliquid mihi sperandū uidetur per his quae a sal  
 uato re dicunt. quia filiū nemo nouit nisi pater.  
 Neque patrē quis nouit nisi filius & cui uoluerit filius reue  
 lari. Non enim addit sed cui uoluerit filius reuelari. nisi  
 scit & aliquos esse quibus reuelari uellit. Inuisibilia  
 enim eius creatura mundi per ea quae facta s̄ intellecta  
 conspiciuntur & sempiterna eius uirtus ac diuinitas ut  
 sint inexcusabiles. Quae cū cognouissent dñm non sicut dñm  
 magnificauer̄ aut gratias eger̄. sed euauer̄ incogitationi  
 bus suis & contenebratū ē insipiens cor eorū. Dicentes enī  
 se esse sapientes stulti facti s̄. & immutauer̄ gloriā incor  
 ruptibilis di in similitudinē imaginis corruptibilis

§  
 §  
 §  
 §  
 §



hominis & uolucrū & quadrupedū & serpentū. Poen e iam  
de his singulis in superioribus di fertū est. Diximus enim  
haec quāuis ad omnes homines quibus non est ratio naturalis.  
Maxime tamen expectare ad sapientes huius mundi & eos  
qui philosophi nominantur quibus praecipue creaturas  
mundi sunt omnia quae in eo factas discutere disciplina est  
& per haec quae uidentur ea quae non uidentur ratione college  
re. sciendū tamē est quod hic inuisibilia quae nominat de  
creaturis dicit. De quibus & in alio loco apostolus scribit  
quia omnia per ipsū id est per ih̄m xp̄m facta sunt. siue quae  
in caelo siue quae in terra uisibilia & inuisibilia & ideo praeter  
terea quae inuisibilia dixit addit & sempiterna eius uir  
tus ac diuinitas. Uirtus ergo di quae sempiterna ē & diu  
nitas quae nihilominus sempiterna est ex coniecturis  
agnoscitur creature. uirtus est quae regit omnia diu  
nitas quae replet uniuersa ex hoc ergo in ex causa  
biles fiunt quicū manifestante dō cognouerint dñ.  
Non ita dignū ē coluer̄ aut gratias eger̄. sed per cognationū su  
arū uanitatē dum formas & imagines requirunt in dō in se  
m̄ & ipsi dī imaginē perdiderunt & qui iacturae se in  
luce sapientiae uidebantur in profunda stultitiae  
tenebras deuoluti sunt. Quid enim tam terrū tam  
obscurū tamq. tenebrosū quae gloriā dī ad corporalem  
& corruptibile humane formae effigie uertere. ut  
moris est his qui simulacra uenerant. diuine maiesta  
tis eminentiā uolucris quadrupedib; & serpentib;  
exaequare. Pro quib; causis iustissime tradidit eos dī



indesideriū cordis eorū in inmunditiā ut contumelias ad  
 ficiant corpora sua in semetipsis qui commutauerunt ueritatē  
 di in mendaciū & coluerunt & seruerunt creaturæ potius  
 quā creatori qui est benedictus in sæcula. Quæ singu  
 la quam uis iuxta ecclesiæ fidem consequenter expla  
 nari uideantur. quia precedentibus culpā causis iure &  
 in merito deserantur ad dō. hi qui ueritatē quā dō reuelante  
 cognoscunt. in iniquitate detentant. Et per hoc quod deserun  
 tur tradunt desiderii cordis sui. Quorū desideria cordis  
 hæc erant & inmundicia & contumelias afficerent corpora sua  
 in semetipsis. Et quale iudicio erga diuinitatis usi sunt uenera  
 tionē dū dī incorruptibilis gloriā ad fœdēt & indignas deducunt  
 hominū uerū animalū formas. Tali & iam ega semetip  
 sos utantur uice ut rationabiles homines uiuant more in  
 rationabiliū beluarū. Tamen requiramus ab his quid in bo  
 num negant & iam iustū esse iudicem. Quid respondeant  
 de his quod dicit apostolus. qui a tradidit eos dī indesideria  
 cordis in inmunditiā ut contumelias afficiant corpora sua.  
 Uidebitur enim in hoc non solū ipsorū ratio quod penitus ex  
 cluditur. sed & nra responsio coartari. Quo enim iustum  
 erit eum qui traditur quā uis pro peccatis tradat tamen ad  
 concupiscentias tradi & ad hoc tradi ut inmunditiis & concu  
 piscentiis afficiat corpus suū. Sicut enim hunc qui uerbicaui  
 sa tenebris traditur ad poenā imputari non potest quæ in  
 scuro sit & qui igni traditur culpari. pro hoc ipso non potest  
 cur urari. Ita his quod desiderii & inmunditiis positi cor  
 pora sua contumelias maculent. Marcion ergo & omnes



quidescola eius: uel serpentium germina pullularunt horum abo-  
litiones ne extremo quidem digito attingere uidebit. quippe  
qui propter huiusmodi questiones uetus instrumentum. sic ubi  
forte in eo tale aliquid legerant abiecerunt. Sed quid de his  
profectum cum similibus; nihilominus noui instrumenti question-  
ibus prescientur. Nos tamen qui unum deum bonum & iustum legimus  
& prophetarum & euangeliorum patrem christi fatemur eisdem  
explanationibus; & in nouo & in ueteri utimur testam-  
to. Inuocantes eum qui posuit in sion lapidem offensionis  
& petram scandali. ut ipse nobis per sanctum spiritum suum offen-  
sionem & scandalum lectionis apostolicæ per quam dubie-  
mentes offendi uidentur aperiat frequenter in scripturis  
inueniamus. Et a nobis sepe disertum est quod homo spiritus  
corpus esse dicitur. <sup>anima</sup> Uerum cum dicitur quia caro concu-  
piscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem. Media paulo  
dubio ponitur anima que uel desiderius spiritus adque sciat  
uel ad carnis concupiscentias inclinatur. Et se quidem  
cum se iunxerit carni unum cum ea corpus in libidine & con-  
cupiscentiis eius efficitur; Si uero se sociauerit spiritui  
unus cum ea spiritus erit; Idcirco denique de his quorum se anima  
ex integro cum carne iunxerant. dicit dominus in scripturis  
non permanebit spiritus in hominibus istis. quia caro  
sunt. De his autem quorum anima fuerat spiritui sociata  
apostolus dicit. Vos autem non estis in carne. sed in spiritu.  
Sunt præterea sicut in multis scripturæ locis inueni-  
mus. & iam utriusque partis uel utriusque uisus fautores  
quidam & aduatores angeli. Nam carnis concupiscenti-



tam aduersus spm̄. fau& diabolus & angeli eius & omnes  
 spiritales nequitiæ in caelestib; cunctiq; aduersu quos  
 hominib; luctamen est. principatus & potestates & mun  
 di huius rectores tenebrarū. E contrario uero spū  
 aduersus carnē decertanti animāq; humanā quae me  
 dia est ad se reuocare conati fauent angeli homini. 11  
 Omnes illi de quibus dñs ait. quia angeli eorū uident fa  
 ciem patris uñ qui in celis ē; Et de quibus apostolus ad  
 hebreos dicit. Nonne omnes sunt ministri sp̄s administe  
 riu missi. propt̄ eos qui hereditatē capiunt salutis; fau&  
 & ipse dñs; quippe. qui & iā animā suā ponit pro cub; suis. 7  
 Sed ex utraq; parte fauoris disciplina seruatur. Non enī  
 uires agitur. neq; necessitate in alterā parte anima decli  
 natur. Alioquin nec culpa ei uirtus possit adscribi. nec  
 boni electio praemiū. nec declinatio mali supplicium me  
 reatur. sed seruatur ei in omnibus libertas arbitrii. ut  
 quod uoluerit ipsa declinet. sicut scriptū est; Ecce posui  
 ante faciem tuā. uitā & mortē ignem & aquam.  
 Vita ergo xp̄i est. & mors nouissimus inimicus qui est  
 diabolus. habet ergo in arbitrio suo anima. si uelit  
 elēgere uitam xp̄m. aut in morte diabolū declinare. r  
 quod si agnoscens animā dñi xp̄m. uitam suā amplexa  
 non fuerit. ne sic ut dñm magnificauerit aut gratias egerit.  
 sed euauerit in cogitationibus suis. & mutauerit  
 gloriā incorruptibilis dī. in similitudinē imaginis  
 corruptibilis hominis. Quolucrū & quadrupedū & ser  
 pentū. & in his omnib; declinauerit ad carnē. atq; eos



quicarnis desideris fauent. derelinquetur sine dubio & de-  
feretur. quicquid fauore suo ut spū iungatur animabatur.  
& concedunt eam uel tradunt desideris cordis sui. quibus car-  
ni sociantur & adheret. Neque enim obstitentem eam ac  
reluctantem. ad ea quae refugit ac respicit reuocabunt.  
Cuius rei imaginē si adhuc uidet obscura tali quadam spe-  
cie manifestiorem planiorem reddemus; ponamus esse ali-  
quod domiciliū in quo cum corpore & spū uelut cum duobus  
consiliariis habitet anima; pro foribus uero huius domicilii  
ad stare pietatē. omnesque cum ea uirtutes. Ex alia  
uero parte impietatē omnesque luxoriarū ac libidinum  
formas. & expectare anime nutum; quem ex duobus pro-  
foribus obseruantibus. quorum: introduci ad se desideret  
magis quem repelli. Nonne si spū obtemperans & meliorem uisa  
consiliario. pietatis & pudicitiae ad se uocauerit chorum  
Ille alius spretus repudiatusque discedet; Si uero carnis  
uisa consilius impietatē ad se. & libidinis introduxerit tur-  
mam. omnis illa scitatis & pietatis corona. cui malorum  
anima conciliū pretulit. iusta cum indignatione recedat  
relinquens eā desideris cordis sui ut ignominia & contu-  
melis afficiat corpus suū in se & ipsa. quae commutauit  
ueritatē dī mendacio. & introducens ad se impietatē &  
infidelitatē. colit & seruit potius creaturae quā crea-  
tori qui est benedictus in secula; Quibus sane excausis ani-  
ma humana tantihuius discriminis. tam anticipatam  
subeat statum. non est p̄sentis loci discutere. Eorum er-  
go est contumelias afficere corpora sua. quid deseruiunt



simulacris & eorum colere creaturam. qui relin-  
 querint creatorem. Nos autem qui nullam crea-  
 turam sed patrem & filium & spiritum sanctum colimus & adoramus.  
 sicut non eramus in cultu. ita ne in actibus quidem & con-  
 uersatione peccemus. neque imitemur eos qui contume-  
 liis afficiunt corpora sua in semet ipsis. sed aspicientes  
 quod dicit apostolus. Aut nescitis quia corpora uestra mem-  
 bra christi sunt. Et iterum quod corpus uestrum templum spiritus sancti.  
 ut membra christi & templum spiritus sancti. corpora uestra in omni sancti-  
 tate & puritate seruemus. quoniam non solum digna angelorum  
 ingressibus fiant. uerum & habitatione spiritus sancti & mansi-  
 one patris ac filii. quid dicit de eo qui in mandatis suis per-  
 manet. Ego & pater uenimus & mansione apud eum  
 faciemus. Propterea tradidit illos deus in passionem igno-  
 minie. Nam & femine eorum in mutauit <sup>in</sup> naturam <sup>in</sup> usum in  
 eum usum qui extra naturam est. Similiter & masculi.  
 relicto naturae usu femine <sup>in</sup> accersunt in desiderium sui.  
 in uicem masculus in masculum turpitudinem operantes.  
 & mercedem quam oportuit erroris sui in semet ipsis reci-  
 pientes. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia.  
 tradidit illos deus in reprobum sensum. ut faciunt ea que non  
 conueniunt. Repletos omni iniquitate. malitia. nequi-  
 tia. auaritia. plenos inuidia. homicidas. contention-  
 dolo. malignitate. susurratores. obtretratores. deo odi-  
 biles. contumeliosos. superbos. elatos. inuentores malorum.  
 parentibus inobedientes. insipientes. in compositos. si-  
 ne affectu. sine misericordia. qui cum iustitia dei cogno-



uissent: Quō quitalia agunt digni sunt morte. non solum  
qui faciunt illa sed & consentiunt facientibus. Propterea  
inexcusabilis est o homo omnis qui iudicas. in quo enim aliu  
iudicas <sup>met</sup> te ipsum condemnas. eadem enim <sup>argis</sup> qui iudicas.  
Tertio inueniemus ab apostolo positum. tradidit illos dñs  
primę quidem traditionis causas dedit; qui cum cognouis  
sent dñm non sicut dñm magnificauerunt aut gratias egerunt.  
usque & serpentum; propter. inquit tradidit illos dñs  
usque corpora sua; Secundę traditionis causa uidetur pre  
mittere cum dicit; qui commutauerunt ueritate in menda  
ciũ usque creatori. propterea ait. tradidit illos dñs in passi  
onem ignominie; Quę tamen secunda traditio gratior  
bus flagitijs uidetur obnoxia. Etenim femine inquit  
eorum inmutauerunt usque <sup>naturalis usui</sup> extra naturam est. similiter &  
masculi; Tertię quoque traditionis causas uidetur  
dare cum dicit & sicut non probauerunt dñm habere innot  
tia. tradidit illos dñs in reprobum sensũ. ut faciant  
ea quę non conueniunt. repletos omnẽ impietate. ma  
litiã ceterisque sceleribus. quę consequenter enumerat  
Verum distinctiones iste causarum. non mihi uidentur  
satis congruere ad ea quę singulis quibusque subiecta  
crimina. Quō enim turpioribus flagitijs traditur  
is qui creaturę seruit magis. quã ille qui gloriã incor  
ruptibilis dñi in similitudine imaginis corruptibilis ho  
minis. & uolucrũ & quadrupedũ & serpentũ. ut ait.  
Aut quomodo supra utrumque horũ uelut examini caudã  
traduntur malo <sup>hi</sup> qui non probauerunt dñm habere innotia



Vnde magis mihi uideatur omnes haec causae quae tra-  
 ditionibus singulis praefertuntur in unum coaceruan-  
 dae. Et rursus traditionum species in unum. ut uer-  
 bi causa ita dicamus. quo quidem homines mutauerunt  
 gloriam incorruptibilis dei in similitudine imaginis ho-  
 minis. & uolucrum & quadrupedum & serpentium. Et qui  
 commutauerunt ueritatem dei in mendacium. & coluerunt & ser-  
 uerunt creaturae potius quam creatori. Nec probauerunt  
 habere innotitiam. propter haec omnia tradidit eos deus  
 in passionem ignominiae. Ut feminae eorum inmutarent  
 naturam <sup>liber</sup> usum in eum qui extra naturam est. Similiter  
 haec & masculi; sed & tradidit eos deus in reprobum sen-  
 sum ut faciunt quae non conueniunt qui erant reple-  
 ti omni iniquitate malitia nequitiaque & auaritia ple-  
 niq; erant inuidia homicidiis contentione. dolo & ce-  
 teris quae scriptae sunt malis. quiq; cum cognouissent  
 iustitiam dei hanc esse. ut quae talia agunt digni sunt mor-  
 te non solum faciunt illa sed & consentiunt facientibus;  
 Et ideo pro his omnibus malis inexcusabiles erunt. dum  
 alios in his quae ipsi agunt sceleribus. & iudicant  
 & condemnant. De se enim pronuntiat quis cum  
 de his quae ipse committit alium punit. Arbitror  
 autem sufficere ea quae traditionis specie supradictas.  
 quomodo deus tradere dicitur eos quorum actus &  
 animus a se declinante & indulgente uitius abhorres-  
 cit ac deserit & eadem repetere in super fluum pu-  
 to. Duo sunt sane qui in hoc loco iudicant reos quoque



altera designari uidetur ex altero; Certum namque est  
quod si quidem tradiderit deus uel in desideria cordis sui uel  
in passionem ignominiae uel in reprobum sensum. Con-  
tinuo tamquam in terra pessima & reproba omnis illa  
in eo qui traditur res criminum surgat. & rursum si quis  
cum cognouerit deum non sicut deum magnificet aut gratias  
agat. sed sicut alius qualem per singula apostolicus sermo  
descripsit. dubium non est huiusmodi animam derelic-  
tam esse ad deum & traditam; Neque enim possibile est cum his  
malis esse habitaculum deo. aut haec mala inde proce-  
dere ubi habitat deus; Uerum quia in his tribus uni-  
uersas impietatis species enumerasse uidetur apo-  
stolus. uel eorum qui idola colunt. uel eorum qui creaturae  
deseruiunt potius quam creatori; Sed eorum qui non probant  
deum habere innotitia; In quorum primo titulo promiscue  
pagani in alios sapientes eorum & philosophi designantur.  
Puto quod in hoc tertio indicentur heretici. uel crea-  
torem deum negantes. uel diuersas blasphemias in excelsis  
loquentes. Igitur si singuli quique horum quos supra dixe-  
mus in cultum diuinitatis errare. talibus. talibus malorum  
designantur. Nos qui uidemur in ecclesia esse. & fide  
rectam tenere. Consideremus nos in & ipsos. & omni-  
cum inspectione pensemus. ne forte solo ab his ueri cultus  
nomine separati rebus atque actibus sociemur.  
Certum est enim quod uerbi causa repletus est iniquitate. ma-  
litia nequitia auaritia. non probauit deum habere inno-  
titia. Et est de numero eorum quos tradidit deus in reprobum



sensum. Et iterū quorū femine uel masculi relicto natu-  
 rali usu accenduntur in eū usum qui contra naturā est.  
 Certum est quod ex illorū numero sunt qui seruunt  
 creaturae potius quam creatori. Et quos tradidit dī  
 in passiones ignominiae. sed & si qui in munditia contu-  
 melis afficiant corpora sua <sup>et qui</sup> ex illis sunt qui cōmuta-  
 uerūt gloriā incorruptibilis dī. Nisi qui grauiore sacy-  
 legio <sup>denotat</sup> qui nam fidelis est. templa profanus adhuc  
 non <sup>contaminat</sup> idolorum; Non est sane praeter eum  
 dum ne iste quidem apostolicus sermo in quod dicitur. quō cō-  
 mutauerūt <sup>gloriā</sup> incorruptibilis dī in similitudinē imaginis ho-  
 minis non solum eos qui idola colunt arguere. sed & an-  
 tropomorfitas intellegendus ē confutare. qui in ecclesia  
 positi imaginem corpoream hominis dī esse imagi-  
 nem dicuntur. Ignorantes illud quod in genesi scriptū  
 est ad imaginē dī factum esse hominē. de quo homine  
 sentiendū sit. ab apostolo interpretari cum dicitur.  
 Deponentes ueterem hominē cum actibus suis. & induentes  
 nouū qui secundum dīm creatus est; Et quia nouum ho-  
 minem dicitur secundum dīm creatum. Hanc autē eun-  
 dem nouum hominē alibi interiore hominē uocat.  
 Corruptibilem uero hunc cuius hic imaginē respicit. ex-  
 teriore hominē nominat cum dicit. Nam & si quis fo-  
 ris est hominē corrūpatur. sed qui intus ē renouatur.  
 Et ut plenius adhuc eius sententiā sciunt isti quide ima-  
 gine dī errant; Audiant quem dicat esse apostolus ho-  
 minē qui ad imaginē dī creatus est. Cū ad colosen ser hoc



modo scribit. Nolite mentiri inquit spoliantes uos  
u&lerem hominē cum actibus eius. & induentes nouū  
qui renouatur in agnitione secundū imaginē eius.  
qui creauit eum; ex quibus euidenter ostendit quod  
interior homo. qui per agnitionē renouatur. ipse ad  
imaginē dī creatus est. Quia uero exteriorem homi  
nē id est corporeum. & corruptibilem ad imaginē dī  
dicuntur cum his ab apostolo sociantur. qui commutau  
erunt gloriam dī in similitudinē imaginis corruptibilis  
hominis. Verum oportuit ne haec quidem in ex  
planatione apostolici sermonis omittat. <sup>ref.</sup> Ut & in  
hoc capitulo apostolici. sicut & in ceteris plurimis  
antropomorphitae. id est qui corporeā hominis imagi  
nē dī esse imaginē dicuntur. conuictos esse & confu  
tatos esse cognoscerent. Sed nos iam in his contem  
tiam primi uoluminis concludamus.

IN IPIS TULIAM PAULI AD ROMANOS  
EXPLICIT LIBER PRIMUS

INCIPIT LIBER SECUNDUS

**S**cimus quō iudicium dī est secundum ueritatem  
in eos qui talia agunt. Iudicium quidem dī secundum  
ueritatem. non solum in eos qui haec agunt quae  
superius enumerata sunt. uerum & in omnes qui  
quō: boni quidem mala uergerent. expectandum est  
& credendum. Sed illud est quod in loco hoc uideatur  
ostendi quia solius dī sit secundum ueritatē iudicium



Sunt enim quidam qui committunt operē quidem malē. Animo  
 autē non malo; ut si quis uerbi causa homicidium non uolunta-  
 re commiserit. Et alia fiunt opere quidem bono sed animo  
 non bono. Ut si quis misericordiā non p̄ mandato dī sed ut  
 laudetur ab hominibus faciat. Alia uero sunt in qui-  
 bus siue in bono siue in malo animus cū operare concordat.  
 & quia corda hominū nosse solius dī est. & mentis secreta  
 dinoscere. Idcirco ipse solus est qui secundū ueritatem  
 potest habere iudicium; sed requiritur. Si ergo eos quorū  
 remissae sunt iniquitates per baptismi gratiā uel quorū  
 tecta sunt per paenitentia peccata uel quib; imputandū  
 non est peccatū per martyriū gloriā secundum ueritate  
 uideatur dī seruare iudiciū. Veritas quippe iudicii  
 hoc postulat. ut malus mala & bonus recipiat bona,  
 Et quamuis dona & largitio dī nequaquā curiositate dis-  
 cutientis amittant. Tamen & iam in hoc quanta sit  
 iudicii eius ueritas ostendamus; communis professio est.  
 bonum non debere puniri. nec malū consequi bona.  
 Sed qui ergo sit uerbi gratia qui egerit aliquando mala. cer-  
 tū est quod malus erat tunc cum agebat mala. Is ue-  
 ro si praeteritorū paenitens. mentem suam corrigat ad bona  
 & bene agat. bene loquat. bene cogit & bene uelit. qui hoc  
 agit non tibi uidetur bonus. & merito recipere bona; simi-  
 liter & ex bono quis conuertatur ad malum. non iam boni  
 qui fuit & non est. sed malus iudicabitur quod est.  
 Actus enim siue bonis siue mali preterunt. sed secun-  
 dum sui qualitatē agentis mentem imaginantē. & for-



manent. eam que uel bonam relinquunt uel malitiam. seu  
paene seu premis destinandam. Erunt ergo iniquum  
uel bonam mentem pro malis gestis punire. uel malitiam  
pro bonis actibus munerari. Uerum & adhuc planius  
fiat quod dñs. <sup>in iudicio recta deceptus</sup> addemus etiam hponamus esse animam in  
habita impietas. iniustitia. stultitia. luxoria. & multitudine  
omnis malorum. quibus scilicet ministram se famulam  
quae subdiderit quod in semetipsam regressa h. anima  
pietatis. rursus & uirtutibus mentis suae ianuam per  
dat. Nonne ingressa pietas impietatem continuo depel  
let. Similiter & iustitia iniustitiam trudet. & sapientia  
stultitiam. & sobrietas luxoriam fugat. Neq; ita depel  
sis ex semetipsa habitatoribus barbaris. ciuile. legitimum  
uirtutibus <sup>be</sup> prebit hospitium. Quo ergo iam plenam  
uirtutibus animam iustum erit de his arguere q; gestierit  
<sup>que</sup> cum dum etiam uirtutum & de impietate piam de in  
iustitia iustam. De luxoria sobriam condemnare.  
Hoc ergo modo etiam in his quorum remis se sunt iniqui  
tates. & quorum tecta sunt peccata. Credendus est secun  
dum ueritatem seruare iudicium. Existimatis autem  
hoc homo omnis qui iudicas eos qui talia agunt. & facis  
illa quae tu effugies iudicium di. Si omnia q; te loqu  
tur his qui in lege sunt loquitur. eaq; euangelium uel  
apost. nunc loquitur. Non principibus scti nec regib;  
mundi. si <sup>ed</sup> ecclesiarum rectoribus & principibus loq  
tur. His uidelicet qui iudicant eos qui intus sunt. i.  
epic uel prbis & diaconis. His ergo dñs ne existimes se



effugere iudicium dī si ea committant ipsi de quibus alios  
 iudicant & condemnant. Et ideo oportet unum quemq; de  
 sua prius conscientia iudicare. & tunc eius quem iudicat  
 gesta discutere. quod si fieret omnis penitus ad eundem hono-  
 ris ecclesiasti abscideretur ambitio. si se iudicandos potius  
 quam iudicatuos hi qui pre esse uolunt populis cogitarent.  
 Nemo ergo existimet qd̄ effugere possit iudicium dī. sicut  
 & propheta dixit. quo ibo aspū tuo & a facie tua. quo fugiā.  
 Et quod haec ad eos maxime dicuntur. qui pre sunt iudi-  
 cis populorum. Idcirco alibi dicitur quod de domo dī  
 incipiet iudicium. Et item alibi dñs dicit. In his qui ad  
 proximaui mihi scīficabor. sicut in nabad & abiud gestum  
 est. alienum ignem id est non sacrum diuinis altaribus  
 obtulerunt. Incipit ergo iudicium a filiis prius. flagellat  
 enim dī omnem quem in numerum recipit filiorum.  
 Verum ut ego aestimo nec se possit [hole] quis debet & uelle  
 effugere iudicium dī. Non uenire enim ad iudi-  
 cum dī hoc est ad aemendationem [hole] uel ad sanitatē  
 & remedium non uenire. Aut dī [hole] uitas bonitatis  
 eius. & sustentationis & poenitentiae contemnit. igno-  
 ras qm̄ benignitas dī ad poenitentiam te adducit. Diui-  
 tias quē <sup>ppet</sup> bonitatis dī ille agnoscere potest qui conside-  
 rat quanta in terris mala cotidie homines gerunt.  
 Et quod mente pene omnes declinantes & simul inutiles  
 facti latam & spatiosam perditionis ambulat uiam.  
 Angusto uite itinere neglecto & tamen his omnibus dñm  
 producentem solem suum cotidie & pluuias ministrantē



115  
Siqui consideret & quanti cotidie in dñm blasphemant & in caelum extendunt linguas suas iam quid de fraudibus dei descelere. de sacri legis & piaculis dicam quibus tamen omnibus in hoc loco illi uidentur in scelere prae ferri qui alios iudicantes ipsi committunt quae ceteris puniunt. Siqui ergo hanc bonitatem dei & sustentationem eius & patientiam contemnit. Ignorat quod per haec ad patientiam pro uocatur. Sustentatio uero a patientia hoc uidetur differre quod in firmitate magis quod in proposito delinquunt. sustentari dicantur qui uero pertinaciter uel ut insultant in delictis suis. ferri patienter dicendi sunt. sed sicut omnia in mensura fecit deus & ponderare & numero. Ita etiam patientiae eius certa mensura est quae mensuram credendum est consumptam uel ab his qui diluuiis perierunt uel ab his qui in sodomis caelesti igne uastati sunt. Unde & de amorreis dicitur nondum enim repleta sunt peccata amorreorum usque nunc. fert ergo deus patienter & expectat uniuscuiusque penitentiam. sed non nos dissoluat hoc & tardos ad conuersionem faciat quod rursus patientiae eius & sustentationis certa mensura est. Secundum duritiam autem tuam & cor impenitens thesaurizas tibi ipsi iram in die irae & reuelationes iusti iudicii dei qui reddet unicuique secundum opera eius. Cor durum in scripturis diuidetur cum mensura humana uel ut cetera frigore iniquitatis obstricta signaculum imaginis diuinae non recipit. hoc idem alibi cor crassum appellatur. sicut cum dicit. in crassum est cor populi huius.



Contrarium uero est duro molle quod in scripturis cor car-  
 neum nominatur. & crasso subtile uel tenue quod ap[osto]l[us] spiri-  
 talem hominem uocat eum qui examinat omnia. Igitur  
 cum quis scit qm̄ bona sunt & non agit bona per duriciam  
 cordis contemptum bonorum omnium habere credendus  
 est. Crassitudo uero cordis est ubi subtilis & spiritalis  
 intelligentiae non recipitur sensus. Et ita cor in paenitentis  
 effectum thesaurizat sibi ipsi iram in die irae & erit iusti iu-  
 dicii di. Dum bonum opus non agitur per duriciam. intellec-  
 tus uero bonus per crassitudinem cordis excluditur. De  
 ira autem d[omi]ni & superius quantum resp[er]at potuit & in alius  
 locis saepe desertum est. quod uero dicitur thesaurizat tibi  
 iram. Considerandum est thesaurus appellatur quo diuersi  
 generis opes & diuitiae congregantur huius in scripturis  
 significantiam triplicem legimus. Dicitur enim in euangelio  
 thesaurum esse quidam in caelis in quo prohibet d[omi]n[us] thesaurizari.  
 Et alius thesaurus in caelo in quo iubet fideles quosq[ue] opes suas  
 recondere. & hic nunc ap[osto]l[us] dicit irae thesauros. Omnes ergo  
 homines per haec quae agunt in hoc mundo in uno aliquo  
 existit tribus congregant thesauros. Aut enim fidelis est  
 quis & iniquus & per duriciam cordis & cor in paenitentis  
 in thesauro irae actus suos recondit. Aut terrenus est  
 & de terra sapit ac de terra loquitur. & cum ei at tulerit  
 ager fructus uberes destruit horrea sua & maiora aedi-  
 ficat & thesaurizat in terra. Et ille quidem durus hic aut  
 stultus appellatur. Dicitur enim ad eum stulte hac nocte  
 repetent abste animam tuam & quae paraasti cuius eris.



Aut sapiens est in dñm diues. & in terris ambulans conuersationem  
habet in caelis. atq; omnia quae agit digna sunt regno caelorum.  
Et iste talis diuitiarum suarum thesauros condit in caelis. Ita  
igitur unius cuiusq; thesauri possessor & conditor potest.  
Alius quidem carnalis. Alius uero animalis homo. Alius autem  
spiritualis appellari. Nunc iam uideamus quae est dies irae quod  
hic apostolus nominat quae tamen facilius dinoscetur. si de ea  
quid etiam reliquae scripturae indicent requiramus. Quo ergo  
ad praesens exempla occurrere poterunt aptabimus. & ex his quae  
sunt dies irae monstrabitur. Scriptum est in uisus propheta. Uae  
his qui desiderant diem dñi. Ut quid uobis diem dñi hoc est tene  
brae & non lux. Quem admodum si effugiat homo a facie leonis  
& occurrat ei ursus & intra uidomum suam & extendat manus  
suas ad parietem & mordet eum serpens. Nonne tenebrae sunt  
dies dñi & non lux & caligo quod non resplendet. Sed & iohel  
dicit ad sacerdotes & eos qui altari deseruiunt. Clamate ad dñm  
sine cessatione. heu me. heu me. in diem quia prope est dies dñi.  
& sicut miseria ex miseria uenit. Post pauca tuba canite in sion.  
predicite in monte scō meo & non fundantur omnes qui habitant  
super terram quod adest dies dñi quia prope est dies tenebrarum.  
& caliginis dies nubes & nebulae sicut matutinum. Effundetur  
super montes populus multus & foras similis ei non fuit a seculo. Et  
post ipsum non erit usq; in annos sc̄li sc̄torum ante ipsum ignis  
consumens & post ipsum flamma accensa sicut paradisus di  
uitiarum erit terra ante faciem eius & posterquam eius campus  
exterminii. & nullus est qui euadat ei sicut aspectus aequorum  
facies eorum & sicut equites ita sequerentur. Sicut uox curruū

me



super uertices montium insilient. Sed omnia inconsequenter  
 de eadem scribit usq; ad eum locum ubi dicit & dñs elabit uocem suam  
 ante faciem uirtutis suae quia ingens est ualde castrorum eius &  
 ualida opera uerborum eius propter quod magnus est dies dñi.  
 magna & nobilis ualde & quis erit idoneus ei. Sophonias uero ita dicit.  
 Reuertimini a facie dñi dñi qm̄ prope est dies dñi. & preparauit dñs  
 uictimam suam scificauit uocatos suos & post pauca prope est dies  
 dñi magna prope est & uelox ualde. Vox dñi amara & dura  
 posita est & ualida dies irae dies ita. dies angustiae & necessitatis.  
 dies aceruitatis & perditionis. dies tenebrarum & caliginis. dies  
 nubis & nebulae. dies tubae & clangoris super ciuitates munitas  
 & super muros excelsos & afficiam homines & ambulabunt sicut ceci  
 qm̄ dño peccauerunt & effundat sanguinem eorum sicut pulue  
 rem & carnes eorum ut stercorea. durum eorum & argentum  
 eorum non poterit liberare eos in die irae dñi in igni aemulatio  
 nis consumetur omni terra qm̄ consummationem & festinatio  
 nem facit super omnes qui habitant terram. Esaias quoq; simi  
 liter memorat. Ecce dies dñi ueni & insanabilis furoris & ire  
 ponere orbem terre desertum & peccatores perdere ex eo & post  
 pauca. Caelum enim furore accendetur & terra mouebitur  
 fundamentis suis propter furorem ire dñi sabaoth in die qua  
 super uenerit furor eius. Histot & alibi de die irae testimo  
 nius congregatis puto. q̄ ultra locus hic expositione non egeat  
 euidenter enim in his omnibus dies irae uindictae dies & iudicii  
 designatur. Inde deniq; ad diem ire addit ipos & reuelatio  
 nis. Sic enim in die irae & reuelationis iusti iudicati.  
 Reuelanda namq; omnia & iam in euangelio designatur



cum dicitur. Nihil occultum quod non manifestetur. nec opertum quod non reuelabitur. sicut & apostolus in consequentibus huius epistolae dicit cogitationibus accusantibus aut & iam defendentibus in die cum iudicabit deus occulta hominum. In quo utique ostendit occulta hominum reuelanda non nisi in die qua iudicaturus est. sicut & ad corinthios euidentius dicitur. Nolite ante tempus inquit iudicare usquequo uenit deus qui inluminabit occulta tenebrarum consilia cordium. Quae utique omnia de hac eadem die iudicii intelleguntur in qua tenebrae & meror & tristitia futura dicitur propter eos qui multis peccatorum uulneribus confossi ignis remedius indigebunt quo in tempore dicitur ad suos. Perge populus meus intra inprumptuaria tua. Claude hostium tuum occultare paulisper donec transeat furor irae meae. Inquit sermonibus quae uice diuitiae bonitatis dei occultentur propter eos qui patientiam eius bonitatemque condemnant manifestare non opus est. Requiritur sane a quibusdam cur dies hic de quo superius bibliothecas propheticas mouimus in fine mundi statutus sit. ut omnes qui ab initio seculi usque ad finem ipsius desancti fuerint. Ad hunc ultimum diem iudicandi referentur. Cuius rei incerto res causas certum est secretioribus misteris contegi. Misterium uero regis abscondere bonum est tamen explanationis gratia dicemus in quantum possibile est pagani uerba committere. Multi sunt qui ex hac uita abeuntes uel bonorum uel malorum post se quaedam semina reliquerunt. ex quibus qui super sunt homines occasiones uel salutis uel perditionis accipiunt. Uerba gratia dixerim ut sunt omnes qui prauas sectas & alienas artes inter philosophos concluderunt uel qui magica sacrilegia. Autque errores astrorum & deorum finxerunt. Certe qui apud nos aut



res hereticorum & pravorum dogmatum libris selectis extiterit  
 uel etiam quibus schismata in ecclesiis & scandala ac dissensiones  
 operati sunt. E contrario uero apostolicarum litterarum opus  
 profectusq; per has uniuerse ecclesiae & conuersio ad dñm atq;  
 emendatio totius mundi & manifestabit. Quorum omnium  
 cause non nisi cum ipsius mundi fine claudentur. & ideo non  
 esse iustum iudicium dñi donec de his singulis uel profectus uel  
 impedimenta penderent. Q. & apostolus significare uideatur cum  
 dicitur. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedencia  
 ad iudicium quos autem & subsequuntur. Iam uero si etiam extra  
 corpus positi uel scilicet qui cum xp̄o sunt agunt aliquid & laborant  
 pro nobis ad ipsi extra corpus positi aliquid agunt scdm̄ ppositū  
 mentis suae ad angelorum nihilominus similitudinem sinistro  
 rum cum quibus & in aeternum ignem mittenti dñr xp̄o. habe  
 atur hoc quoq; inter occulta dñi nec cartule committenda mis  
 teria sufficiant ista dedie trae & reuelationis. Hunc requira  
 mus de eius iudicio dñi in quo reddet unicuiq; scdm̄ opera  
 sua. & primo quidem excludantur eretici qui dicunt bonas  
 uel malas animarum naturas. Et audiant q̄ non pro natura unicuiq;  
 dñs sicut pro operibus suis reddet. Secundo loco aedificantur  
 fideles ne putent sibi hoc solum sufficere posse q̄ credunt  
 Sicut sciunt iustum iudicium dñi reddet scdm̄ opera sua.  
 Videbuntur nequaquam pro hoc sermo non excludi posse  
 gentiles si forte & ipsi boni aliquid operentur & emendatius  
 agant. Sicut & illud qui in ezechiele scriptum est hunc  
 sententiae uidetur aduersari. dñs enim. Cum auerterit  
 eum auerterit se iustus a iusticia sua & fecerit iniquitatem



secundum omnes iniquitates quas fecit unquus omnes iustitiae eius  
quas fecit non commemorabuntur in lapsu eius quo lapsus est. sed upe  
catis suis q̄ peccauit in ipsis morietur. De enim si nihil ex iustitia iusti  
cum lapsus fuerit memorabitur. Quo uncuq; reddet d̄s scdm̄ opera  
sua. Sed uideamus ne forte absolutionem sui in se ipse sermo diuinus  
inueniat si obseruemus qm̄ scriptum est q. d̄. Cum auer sus fue  
rit iustus a iusticia sua & non sufficeret cum dicere. Cum auer sus  
fuerit iustus a iusticia sua. sed addidit & fecerit omnem impie  
tem scdm̄ omnes impietates quas fecit unquus. In quo uidenter  
latentur huiusmodi uisus se intelligitum ut si forte non scdm̄  
om̄s iniquitates quas fecit unquus fecerit iustus. Non om̄ iustitiae  
eius de memoria auferantur. si uero omnes iniquitates fecerit quas un  
quus. Tunc demum omnes iustitiae in lapsu eius de memoria  
subtrahuntur. Hec quam uis occultauerit in scripturis sp̄s sc̄s  
propter hos quid uitas bonitatis & patientiae eius contem  
nunt. Non tamen penitus abstulit q. & thesaurus in agro  
absconditus non quidem ab omnibus inuenitur. Nec facile  
diripiatur & percat. Inueniat tamen a prudentibus qui  
possint uae & uendere om̄a q̄ h̄nt & emere agrum illum.  
& haec ergo quam uis abscondita sunt in scripturis sicut  
scriptum est. Quam magna multitudo dulcedinis tu  
dn̄e quam abscondisti timentibus te. Tamen inueni  
untur ab his qui non sc̄nt lum iustum sicut etiam boni  
esse d̄m̄ legis & prophetarum. Ex his que in scripturis  
misterio sunt occultata defendunt. Ex quibus necessitas  
exegit pauca patet facere exponencia postolicum ser  
monem quo ait. Iusti iudicati di qui reddet uncuq; secundum



opera sua. his quidem qui secundum patientiam boni operis  
 gloriam & honorem & incorruptionem q̄runt uitam  
 eternam. his autem qui ex contentione & qui diffidunt  
 quidem ueritati obtemperant autem iniquitati. ira & in  
 dignatio. tribulatio & angustia in omnem animam operantis malu  
 iudei primum & greci. Gloria autem honor & pax omni operanti  
 bonum iudeo primum & greco. Non enim per sonarum acceptio  
 est apud d̄m querentibus inquit gloriam & honorem & incor  
 ruptionem p̄ boni operis patientia uita & eterna dabitur. non solu  
 iudeis quib; credita uidentur eloquia d̄i. sed & iam grecis quod  
 iustum est d̄i iudicium. & non tamen iudeorum d̄s est sed  
 & gentium. his uero qui per contentione mentis & animi prau  
 tatem ueritati non creclunt. Sed iniquitatem sequuntur.

Redditur ira & indignatio tribulatio & angustia non solum  
 gentili sed & iudeo quia non est per sonarum acceptio apud  
 d̄m. hi quidem quantum ad sermonem ordinem expectat. Sed  
 nunc q̄ ad ueritatem sensum pertinent requiramus. his inquit  
 qui per patientiam boni operis. q̄ d̄i patientiam boni operis  
 ostendit laborem quendam & agones imminere his qui bonum  
 opus facere uolunt. Luccanen est sicut idem apostolus dicit.  
 Non aduersum carnem & sanguinem sed aduersum prince  
 patum & potestatem & mundi huius rectores. Quae omnia  
 bono operi aduersantur. Et ideo patientia necessaria est  
 quia scriptum ē. in uestra patientia adquirit̄is animas  
 uas. Uideamus autem q̄ d̄i opus bonum. d̄s in eu an  
 gelos dea muliere q̄ alabastrum unguenti effudit super  
 caput eius. p̄nuntiat quia opus bonum operata est in ne.



Designans quia qui uerbo dei unguentam se perfuderit id est  
qui opera cum uerba sociauerit. Ille opus bonum operetur.  
odoratur namq. efficitur omnium unguentorum suauitate  
repletur. sermo cum fuerit opere & actibus exornatus. Hunc  
quidem gloriam & incorruptio quere requiramus. Multis uide-  
lis scripturae scilicet de gloria scribunt. Nam in exodo de morise dicitur  
tur quia descendens de monte glorificatus sit uultus eius hoc  
reuerens apud ad corinthios de. q. si ministerium uultus for-  
matum in lapidibus factum est in gloria ita ut non possent uide-  
dere filium uultus in faciem morise propter gloriam uultus eius quod abo-  
leat. quanto magis ministerium in gloria. Si enim in uultu  
terno damnationis gloria est. quanto magis abundabit ministere  
rum iustitiae in gloria. Et post pauca addit. Nos autem  
reuelata facie gloriam dei specularunt eadem imaginem trans-  
formamur in gloria in gloriam tamquam ad dei spiritum. Est ergo quod  
gloria scilicet apostolus qui non glorificatur. ut illa que in uultu  
morise fuit quod dicitur esse destructa quod legis littera uel legi  
potest habens quidem gloriam preceptorum si quod glorificatur  
non possit. Est & alia gloria quae per manet & glorificatur in  
christo. Cum enim ascendisset in montem cum petro & iacobo  
& iohanne transformatus est in gloriam scribitur. Et tunc appa-  
ruerunt inquit morise & helias conloquentes cum eo. Per quod  
ostenditur quod legis & prophetarum gloria. tunc apparuit cum  
christo fuisse transformatus in gloria. ut illius gloria uel  
minat ea propheta & lex amoto uelamine litterae uel legi  
gatur in spiritu. Verum quod & in exodo dicitur. Gloria dei replet  
scilicet tabernaculum testimonium. & iterum in dedicatione temp-



nihilominus discendisse gloria dei & repletse domū fumo.  
 caligine & nube. In quo utiq. ipsa ad dei presentia designatur.  
 Illa in his putanda est dici gloria. De quibus apot scribit ad  
 ebrios de deo filio quia sit splendor glorie & imago expressa.  
 substantiae eius. per que hec declaratur ipsum fontem glorie  
 patrem dici. Ex quo splendor glorie filius generatur. Cuius  
 participatione om̄ creature gloriam habere dicit. sicut de his  
 qui resurrectione sunt scribitur. alia gloria solis alia gl̄e  
 lunae. alia gl̄e stellarum. stella ab stella desert gloria. hanc  
 ergo gloriam q̄ ex resurrectione est qui requirunt & honore  
 & incorruptionem illud sine dubio inuenient. quod scriptum  
 ē. Seminatur corpus in ignominia surgat in gloria. seminatur  
 in corruptionem. surgat in incorruptione. Et ideo inquisitor  
 huius glorie ad honoris & incorruptionis p̄p̄tiam boni  
 operis vitam consequitur aeternam. Verum quia de gloria ut  
 potuimus discussimus. Videamus quid & honor iudicet.  
 Quod qui ad aeternam vitam festinant non solum gloriam  
 sed & honorem querunt. Scriptum est q̄ homo cum in honore  
 esse non intellexit comparatus est iumentis insipientibus  
 & similis factus est illis. Qua ergo erit illum honorem quem  
 habebat ante quam compararetur iumentis insipientibus  
 id ē illum quem habebat in paradiso ante quam peccaret honore  
 quo dei uocem merebatur audire. honorem quo paradisi fruc  
 tib. ut ligno uite fruebatur. sed & illud quod dicit apostolus.  
 Reddere omnib. debita. cui honorem honorem. ad hoc mihi  
 respicere uidetur. Ego enim sic intellego honorem debitum  
 reddidi. siq. debetur iustitiae reddatur. et nihil ex eius.



parte huiusmodi concedatur. Similiter & ueritati. siq̄ sua se  
reddantur. Ut nihil ex eius partibus mendacio relinquatur  
sapientiae quoq̄ & innocentiae bonitatiq̄. si ita reddant  
q̄ sua sunt. Ut nihil ex eorum bonis uel stultitiae uel cal  
liditatis uel malitiae per mittamus. Cum enim uerbis gratia  
in iudicando uel per sonam potentis. Acciperis uero pro  
ci gloria quae sunt uera suppresseris non reddidisti honore  
debitum iustitiae nec ueritati. Sed de honorasti iustitiam  
& fecisti contumeliam ueritati. & cum xps sit iustitia  
& sanctificatio & ueritas. eris similis illis qui xpm colaphis  
cederunt. & qui in faciem eius conspuerunt. & qui in cala  
mo caput eius percutientes uertici eius. Inposuerunt spi  
ritualem coronam. Quis autem honor est qui his omnibus uirtu  
tibus ab homine debet in angelis adocemur. Dicente dno  
ut om̄ honorificent filium. sicut honorificant patrem.  
Honorificat ergo patrem & filium. qui honorem dignum  
& studium de fert sapientiae & iustitiae & ueritati om  
nibus his q̄ esse dicuntur xps. Hoc ergo modo querunt  
gloriam & honorem & incorruptionem qui festinant ad  
ternam uitam. sed & incorruptionem quid nichil cito sciam  
si q̄ ei contrarium est discutiamus. Incorruptio contrarium  
habet corruptionem. Corruptio uero ex modo accidere dicitur  
corporaliter & spiritualiter. Corporaliter accidebat cum euen  
it illud quod scriptum est. Si quis templum di corrupe  
rit corrumpe illum ds. Spiritualiter cum illud acciderit  
quia nihilominus apostolus dicit. Uereor autem ne sicut  
serpens euam seduxit astutia sua corrumpanatur sint



uiri a simplicitate fidei quod est in xpo ihu. Siquis ergo ab his  
 quae supra diximus manserit corpore & spu incorruptus iste  
 incorruptionem querere dicitur. Quo scilicet per hanc obser-  
 uantiae incorruptionem. Illam quae ex resurrectione est  
 incorruptionem consequi mereatur. Quod autem datur  
 haec requirentibus uideamus. uita inquit aeterna illa. De  
 qua saluator docet cum dicit. Haec est aeterna uita & aeterna  
 ut cognoscant te solum uerum dm & quem misisti ihu  
 xpm. per quod ostendit uagnitudine di & xpi ihu uitae  
 aeternae manere substantiam. Agnitio uero di quomodo  
 haberi possit docemur in psalmis cum dicit. Vacite & ag-  
 noscite qm ego sum ds. His autem qui ex contentione & qui  
 diffidunt ueritati. credunt autem iniquitati. Ira & indigni-  
 tatio. tribulatio. & angustia. Qui simpliciter haec  
 accipit sufficere credit ad intellectionem secundum ea quae  
 supra dicta sunt. reddere dm unicuique secundum opera  
 sua. Id illis est sicut qui per patientiam boni operis querunt  
 gloriam & incorruptionem uitam reddunt aeternam. Ita  
 existis qui ex contentione diffidunt quidem ueritati op-  
 temperant autem iniquitati. Iram & indignationem tri-  
 bulationemq; & angustiam reddat. Sed quis in apostoli-  
 cis litteris per quos xps loquitur. iota unum. aut unum  
 apicem non credit otiosum asseuerabit non per errorem.  
 apostolo contigisse ut tali elocutione uteretur dicens. Qui  
 reddet his quidem qui per patientiam boni operis gloria  
 & honorem que sunt uitam aeternam. His uero qui ex  
 contentione optemperant iniquitati. Non dixit nam & in



dignationem. Ut & hoc referatur ad reddere quod superius dixit  
erat. Sed aut ira & indignatio tribulatio & angustia. Unde  
qui spiritualis est & intellegit quid sps loquatur in paulo  
dicit. Non haec apostolus per imperitiam sed per diuinitiam  
peritiam conscripisse. Scilicet ut per haec ostenderet ea quae  
qui secundum patientiam boni operis quae retribuis & incorrup-  
tionem reddenda sunt. Per dñm reddendi sunt id est uitam aet-  
nam. Ea uero quae secuntur eos qui per contentionem diffi-  
dunt quidem ueritati obtemperant uero iniquitati non ad-  
dari. Cuius dona utiq; per manentia. & ipso digna sunt. sed per  
sequentia gestorum suorum his qui operantur malum. Ita  
& indignatio tribulatio & angustia erit. secundum ea quae  
thesaurizauerunt sibi ipsi. Nam utiq; sunt ibi uitam aet-  
ernam casu accusatio pro tulerat. Ita & ueniam & indigna-  
tionem tribulationemq; & angustiam casu accusatio pro-  
lissent. sed ad reddendas ei per sonam referre uoluit. & quae  
& in aliis scripturae locis similiter intellegitur designari. Sic  
in primo libro regnorum ubi dicit dñs. Glorificantes me  
glorificabo. Spernentes me spernentur. In quo euidenter  
ostendit dicere dñs. eos qui glorificandi sunt. per se glori-  
dos. De his uero qui spernendi sunt non retulisse ad se  
sed absolute dixisse quia spernentur. Si enim ut bona  
per semetipsum prestat. ita & iam mala per semetipsum  
retribuere dicitur. consequens erat ut quo modo dixit. Glo-  
rificantes me. glorificabo. Ita dicit & spernentes me sper-  
nam. Sed in alio loco per proph&am simile quid uidetur  
ostendi meo quod iniqui cum in ignem non addo. sed aser-



tipsis eum inueniant accensum. Sicut dicit esuas. he inlu  
 mine ignis uestris & flammam quam accendistis. & ut ad  
 hac planior horum fiat. desentio addentur eam haec.  
 Siquis ~~scilicet~~ contra preceptum medici sumis malorum cibo  
 rum suis & corporis turbata temperie uel febres uel quos  
 libet huiusmodi incurrit morbos. Certum est quod non  
 per medicum sed per intemperantiam suam pestem lan  
 guoris acciperit. Si uero medici precepta custodiens infor  
 pitate perditur. utiq; per medicum dicatur habere gratia  
 sanitatis. hoc ergo modo consequenter uidebitur de ipse  
 per se reddere unicuique secundum opera sua quae bona sunt.  
 Mala autem uenire intelleguntur. Non ad se sed ex pessimis  
 intemperantiae suis & eruda prauitate gestorum. Uerum  
 & hoc ipsum quod dixit qui ex contentione diffidunt quidem  
 ueritati optemperant autem iniquitate. huius scissum nono  
 mittamus. In his enim singulis languores quidam ani  
 me ab apostolo designantur. Quorum medellam nemo  
 inueniat. nisi prius morborum cognouerit causas.  
 Et ideo in scripturis egritudines anime numerantur. Et  
 remedia describuntur. Ut hi qui se apostolicis subdide  
 runt disciplinis & his quae scripta sunt. agnitis languoribus  
 suis curam possunt dicere. Lauda anima mea dnm. qui  
 sanat omnes languores tuos. Unus ergo excersis anime lan  
 guor & quidem pessimis contentio esse intellegenda est.  
 per quam omne opus prauum generatur. Per hanc hereses nas  
 cantur. Per hanc scismata & omnia scandala in eccle  
 sia generantur. dum hi qui apud semetipsos prudentes sunt.



& in conspectu suo sapientes quicquid libuerit pro lege de-  
fendunt. & inde fit ut diffidatur quidem ueritati. obtem-  
peretur autem iniquitati. Diffidere porro pro non  
credere uel non obtemperare solum & in scripturis sanctis inue-  
niri. Sicut & in hoc loco quod fortius latimus inter pre-  
tari potuisset si dixisset qui non oboediunt ueritati. sed  
oboediunt iniquitati. Omnis igitur qui alienum a ueri-  
tate inter greditur. nec sequitur eum qui dixit. ego sum  
ueritas. diffidit ueritati. & inoboediens est ei. Si qui non  
solum in actibus sed & in sensibus & in fide erret. quod maxi-  
me ex contumacia contingit. Sed & qui sapientiae ob-  
sistunt & iustitiae ac sanctificatione christo diffidunt. Qui scilicet  
ueritas est. ita & sapientia. ita & sanctificatio est. non obtempe-  
rare autem christo qui iustitia est. hoc est obtemperare in-  
iustitati. & his quos sine dubio consequuntur illi quae  
scripta sunt. ira & indignatio. tribulatio. & angustia.  
De ira sepe iam diximus quod interdum ipse qui expec-  
tati conscientiae animae inuenitur. Cruciatu sua ap-  
pellatur. indignatio autem ipsius irae. tumor quidam  
significatur. & per singula quoque commotio. ut si ueritatis  
gratia uulnus aliquod pessimum hanc pernamus. huius  
autem tumor & distensio. indignatio uulneris appellatur.  
Tribulatio uero. quae subsequitur angustia. non est simi-  
lis putanda illi tribulationi de qua dicit apostolus. Quae  
tribulatio patientiam operatur. Illa enim talis tribu-  
latio. angustiam non habet subsequentem.  
Sicut & ipse apostolus dicit. Tribulationem pati



mur. sed non angustamur. - Immo uero non solum nullam an-  
 gustiam tribulatio illa scōrum. sed latitudinem habet.  
 Deniq; sic dicit iustus. In tribulatione dilatasti me. huius  
 latitudinis. & apostolus conscius sibi ad corinthos scribit.  
 Non angustamini in me. sed angustamini in uisceribus uestris.  
 & addidit dilatamini & uos. Idcirco ergo dicit de scis suis quos  
 dilatan nouit & habere cor dī sui domicilium spatia longe  
 lateq; diffusa dicit. habitabo in eis & inambulabo. Hoc  
 munus adō uiter cōtra sapientiae munera accepit.  
 Et salomon. sicut scriptum est. & dedit inquit dñs. <sup>salomo in</sup> pruden-  
 tiam multam ualde. & latitudinem cordis. In hac ergo  
 scōrum cordis latitudinem non solum habitat. sed inam-  
 bulat dī. in peccatorum uero cordibus ubi angustiae sunt  
 quod locum dederunt diabulo ingrediendi. Ingitur  
 quidem. sed non uis habitat. neq; ut in ambulat angustiae  
 enim sunt. sed ut lateat tanquam in caerna; est  
 enim serpens. sic ergo in se infelix anima quam pesti-  
 mus hic anguis obsidet. serpentina frigore rigens.  
 ut trahitur & coarctatur atq; in omnes angustias  
 cogitur. Illa uero quod optemperit ueritati in-  
 star caeli dilatatur atq; diffunditur. Et solis iusti-  
 tiae inlustratur radius aula sapientiae ac ueritatis  
 efficitur. Cur tamen ira & indignatio iudeo pri-  
 mum & greco qui gloria & honor ipsi primum; Pri-  
 us enim illis credita sunt eloquia dī & ipsi dicunt.  
 Beatissimas isrl' ex q<sup>ue</sup> placent dō nobis nota sunt.  
 Et ideo scdm euangelii sententiam. seruus qui cogno-uit



uoluntatem domini sui & non fecit digna plagis uapula  
uit multum hic est iudeus. Qui autem non cognouit  
grecus id est gentilis uapulauit paucis. Inter est enim  
cognouisse dñm & cognouisse uoluntatem di. quia cognos  
ci di creatura mundi per ea quae facta sunt & uim  
gentilibus potuit & sempiterna eius uirtus ac diuinitas  
Voluntas uero eius non nisi ex lege eius cognoscitur & pro  
ph&is. Verum qm ad poenam & ad premium iudeos  
pre fert & grecos post ponit apostolus. Requirendu  
est quos hic grecos quos iudeos uelit intellegi; si ille  
dicit iudeos qui adhuc sub lege sunt & ad xpm uen  
iunt. Et xpianos grecos id est qui ex gentibus crediti  
uidecur. Contra totius miseri uenire sententiam  
<sup>no modo</sup>  
qm enim illi primum dicentur de quibus dictum est  
ecce erant primi nouissimi. & ad quos iterum dicit  
ecce relinquetur domus ura deserta; Et iterum cum  
accessisset ad ficulneam saluator inquam non uine  
nit fructum dixit; quia numquam ex te fructus nat  
c&ur. Et duo populi in uero rebecca designa  
bantur. ex quibus dicitur quod maior seruet  
minor. Quinor accipere predictionis primi  
tus. Sed & alia secundum hoc innumera in scriptu  
ris inueniens; si uero iudeos nos id est xpianos  
appellat & eos qui ex omni genere crediturunt  
quos ipse dicit in occulto iudeos. Restat ut grecos  
gentiles illos dicat qui nondum crediturunt.  
Sed qm apostolus tantam spem gentibus non dicit



credentibus ponit. cum ecclesiastica regula uideatur  
 obfistere. que statuit. ut nisi quis renatus fuerit ex aqua  
 & spū non possit uirone uirgna caelorum. Et uerū  
 p̄serus in actibus de xpo pronuntians dicens. <sup>apostolus</sup> Neq̄  
 enim est aliud ullum nomen sub caelo. in quo opor  
 teat saluos fieri. <sup>uomodo</sup> Quē ergo hic genus gloriæ & hono  
 ris & pacis. secundo post iudeos loco participes. facit. <sup>et</sup>  
 sed uideamus ne forte illa quæ solæ bonitas & dol  
 cedo di absconchi inscripturis sc̄is. aliquid etiam hinc  
 molatur occultum. Tres mihi hoc in loco ordi  
 nes fecisse uideatur apostolus. Primo enim dicit  
 de his qui secundum patientiam boni operis. gloriā  
 & honorem. & incorruptionem. querunt. quod ipsis  
 d̄s reddit uitam æternam. Patientiam autem boni  
 operis nullis esse certum est. qui agones & certamina  
 perferunt p̄ x̄tis quod supra exposuimus. euidenter  
 de xp̄anis dici. apud quos martires fuerit. Proban  
 tur. <sup>id</sup> eum per quod d̄s dicit ad apostolos. quia  
 tribulationem habebitis in hoc mundo & mundus  
 gaudabitur. Vos autem lugebitis. & addidit post  
 pauca. in uia patientia adquiritis. uim salutis.  
 Xpi uiorum ergo est. pressuram pati in hoc seculo  
 & lugere. quorum est uita æterna nisi eius qui credit <sup>in</sup>  
 in xpm. Audi saluatoris ipsius uocem euidenter  
 in euangelis designatam. hæc est autem uita æter  
 na. ut cognoscat te. solum uerum d̄m & quem  
 misisti ihm xpm. Omnis ergo qui non agnouit.







sibi est lex. Ostendens opus leges in corde suo.  
 & naturali ratio. <sup>ne</sup> immotus. sicut uidemus nonnullos  
 ingentibus. uel iustitiam tenere. uel castitatem  
 seruare. uel prudentiam. temperantiam modesti  
 am que custodiat. Iste licet alienus a uita uidea  
 tur aeterna. quoniam non credit christo. & uitare non pos  
 sit uirgna caelorum. quia renatus non est ex aqua  
 & spiritu. Videtur quia per haec quae dicuntur. ab  
 apostolo bonorum operum. gloriam & honorem  
 & pacem perdere poenitus non possit. Si enim secundum  
 ea quae in superioribus disseruimus. uideatur aposto  
 lus condemnare gentiles ex eo quia naturali intelle  
 gentia cum cognouissent deum. Non sicut deum magni  
 ficauerunt. Quoniam non putamus quod etiam conlau  
 dare eos possit & debeat. si qui in his cognoscentes  
 deum. sicut deum magnificent. Dubitari igitur non puto.  
 quia is qui pro malo opere condemnari meruisset.  
 Idem si operatus opus bonum remunerationi boni  
 operis dignus haberetur. Vides enim dicentem  
 apostolum quia omnes nos stare oportet ante tri  
 bunal christi. Ut reportet unus quisque pro propria corporis  
 pro ut gesserit. siue bonum siue malum. Inde denique est  
 quia & in hoc loco sub iungit. Non enim personarum  
 acceptio est apud deum. Quia si adhuc tibi dubium  
 uideatur. audi & petrus quid in actibus apostolorum  
 pronuntiauit. Cum ad gentilem cornelium fuisset  
 ingressus. Conperit inquit habeo quia deus personarum



acceptor non est. sed in omni loco & in omni gente qui  
facit uoluntatem eius acceptus est et. Sed obici nobis po-  
test illud quod dicitur in euangelio dicitur. Omnes qui credite  
in me non iudicabitur. qui autem non credit iam iudi-  
catus est qui non credidit in nomine unigeniti filii  
di. Sed uidemus <sup>uomodo</sup> qm non iudicamur qui credimus xpo  
ut sciamus qm & ille iam iudicatus est qui non credi-  
dit. Num quid nam putamus qui crediderit xpo  
& post hoc homicidium uel adulterium commiserit.  
aut falsum testimonium dixerit. aut aliquid huius  
modi gesserit. quae non nam quam uidemus amitti  
tere & non fideles. quia <sup>uomodo</sup> pro his iam non iudicabitur  
qui credidit in xpo. Certum est haec omnia ueni-  
re ad iudicium et ideo sic intelligendus est dñi sermo  
quem dicit. qui credit in me non iudicabitur. qui  
secundum hoc quod credidit non iudicabitur quasi  
incredulus & infidelis. De actibus uero suis sine  
dubio iudicabitur. Ita ergo & ille iam iudicatus  
est qui non credidit. secundum hoc quod non cre-  
didit. Et sicut credenti si extrinsecus peccati  
aliquid commiserit. salua fide iudicium manet.  
Ita & non credenti si quid boni operis egerit ex-  
cepta infidelitate remuneratio non peribit.  
Nisi forte quis aliquod graue & intolerabile uel  
obicere. ut dicat eum qui peccat computandum  
non esse inter credentes. quia si credat quis non  
peccet. Si uero peccat ex hoc ipso arguatur



quod non credat. Sed haec quam dura sit sententia  
 Nulli ambiguum puto, quotus enim quisque inuenie-  
 tur in terris qui ita vitam suam libere & in nullo  
 poenitus delinquat? Sed & iohannes apostolus in e-  
 pistola sua euidenter etiam opinionem huius modi  
 notat cum dicit. Siquis dicit quod peccatum non  
 habet hic mendax est & ueritas in eo non est. Si autem  
 confiteamur peccata nostra habemus aduocatum  
 apud patrem ihm iustum qui exorat pro peccatis  
 nostris. haec ergo uobis in hoc loco prout potuimus  
 discussa sunt. Considerantibus & iam illud quod dicit  
 apostolus, an iudeorum est tantum. nonne & gentium  
 immo & gentium. ut per haec euidentior fiat ex-  
 planatio. Quia iudei primum deinde greci ponun-  
 tur ab apostolis. sed tamen in arbitrio legentis sit  
 probare quae dicta sunt. Nos autem plura addux-  
 imus in tractatum. ne quid de apostolici sensu in dis-  
 cussum relinquere uideremus. Qui cumque  
 enim sine lege peccauerunt sine lege peribunt.  
 Et quot quot in lege peccauerunt per legem  
 iudicabuntur, non enim auditores legis iusti  
 sunt apud dm̄, sed factores legis iustificabuntur.)  
 Cum dicat apostolus eos qui sine lege peccauerunt.  
 sine lege perituros. Requiritur utrum de sola  
 moysi lege intelligendum sit. an & de lege xpi  
 uel etiam de quacumque humane lege. sub qua  
 unum quemque mortalium uiuere contingit quos



quos secundum ipsum iudicari possit quinec peccat. An qui extra solum moysi legem est & iam si sub aliqua lege uiuat. uelut extra legem positus cum peccauerit pereat. Nam & ipse apostolus paulus cum dicit se his qui sine lege sunt quasi sine lege esse. Et addidit cum utiq; sine lege non essem sed in lege essem xpi. Ostendit se in lege quidem moysi non esse esse tamen sub lege. Sed et humane ut diximus leges sed ad hoc ipsum reputari debent uideo. Naturalis uero lex quae communiter omnibus inest. considerandum est si non omnes poene faciat in lege peccare sicut in consequentibus dicit. Cum enim gentes quae legem non habent naturaliter quae legis sunt faciunt. hi legem non habentes ipsi sunt sibi lex. qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis proprius reprehendentibus se & arguentibus pariter. Qui autem dicit quot quot in lege peccauerunt per legem iudicabuntur. Utiq; qui in lege xpi est per legem xpi. & qui in legem moysi per legem moysi iudicabitur. Neq; qui sub lege xpi est. Quam uis & iam lege moysi subditus uideatur. iudicari tamen secundum eam putandus est. cur non sit circumcisus uel cur sabbatum non seruet. quod & si iuxta legem moysi putandus est iudicari secundum hoc quod lex spiritalis est iudicabitur. hoc est enim non auctoritate



legis sed factorem iustificari quod uero gra-  
 uiore sententia percussus uidetur is qui sine lege  
 peccauerit qm̄ periturus pronuntiatur. Cum  
 utiq; & misericordie aliqua dignus uideatur qui  
 adiutorio non usus est legis. uideamus nequid-  
 iterum ut inceteris docuimus diuinæ bonita-  
 tis hic lateat. Quam semper abscondit timen-  
 tibus se. fortassis enim ob hoc sibi propensio-  
 rem curam prohibet qui pereunt inesse ipse dñs  
 in euangelio ostendit cum dicit. quia uenit  
 filius hominis querere & saluare quod perie-  
 rat. Et iterum dicit non sum missus nisi  
 ad oues quæ perierunt domus israhel. Et  
 dauid dicit. Erraui sicut ouis per dita require  
 seruum tuum. Sed & in euangelio omnia quæ  
 perierat mundata domo inuenitur a muliere.  
 & gaudet pater super filio iuniore penitente  
 qui mortuus fuerat & reuixit perierat & inuen-  
 tus est. Qui iunior filius ut ego arbitror etiã  
 ipsam naturalem iam fugerat legem hoc enim  
 uidetur iudicari in eo quod consumpsit patrẽ  
 paternæ substantiæ. quæ eum contingebat  
 uiuendo luxorise. Sed & in ezechiele propheta  
 pastoribus imputatur quod infirmum non  
 colligauerint & quod perierat non quæ sie-  
 runt. Et post pauca ipse dñs dicit. & quod peri-  
 it inquit ego requiram. Uerum tamen obser-



uandum est quod in his omnibus nusquam dicitur aliquis  
dicitur perdidisse. Sed unus quisque ex se pati hoc  
quod perit. ut in hoc ipso ait sine lege peribunt.  
Et uenit filius hominis quae rere quod perierat  
non quod perdiderat. Et ad ues perditas domus  
israhel nos quas perdiderat. Et cum ipse dicitur  
ait. Omnes inquit quos dedisti mihi seruaui & n  
lus ex eis perit. Non dixit nullum ex eis per  
didi. sane sic ubi perdere dicitur. pro bono  
magis inuenies dictum sicut cum dicit. Perdi  
sapientiam sapientium & intellectum pru  
dentium reprobabo. Quod autem dicit quia qui  
in lege peccauerunt per legem iudicabuntur.  
Intuere ne forte secundum uindictas has quae in lege  
scriptae sunt quibus agebantur iudicia. Ubi  
lapidari uel in ignem tradi. uel ciuitatem  
refugii adire uel alia huiusmodi pati iubebitur.  
Ita sic & iudicium futurum quomodo quidem  
tempore & umbrae caelestium deseruire dicuntur.  
hi qui sub lege sunt ne forte simili quadam  
ratione agatur. Etiam futurum iudicium  
in eos qui praeuaricati fuerint legem.  
Cum ergo diuersas in scripturis dici claruerint  
leges. Siqui intantum omnes has refugerint  
& iam naturalis ipsa lex quae nulli fere deest  
uel per duritiam uel per crassitudinem cor  
dis obliterata in eo uideatur & obliterata deest



isto potest uideri dictum quod sine lege pereat.  
 iudicandus uero per legem dicatur is qui sub  
 lege uiuit quod & apostolus contestatur. Omne  
 circum cidentem se quod debitor sit uniuersae  
 legis faciendae. Cum enim gentes quae legem  
 non habent naturaliter quae legis sunt faci  
 unt. hi legem non habentes ipsi sibi sunt lex.  
 qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus  
 suis testimonium reddente eis conscientia. Et  
 inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut  
 etiam defendentibus. in die cum iudicabit dñs  
 occulta hominum secundum euangelium meū  
 per ih̄m xpm. Certum est quod gentes quae  
 legem non habent. naturaliter quae legis sunt  
 facere non pro sabbatis uel neumennis dicantur  
 uel sacrificiis quae in lege scripta sunt. Non  
 enim haec lex in cordibus gentium scripta.  
 Sed haec est quod sentire naturaliter possunt uerbi  
 gratia. Ne homicidium. Ne adulterium faciant.  
 Ne furentur. Ne falsum dicant. ut honorent  
 patrem & matrem et horum similia. fortassis  
 & quod dñs unus creator sit omnium. Scriptum  
 est in cordibus gentium. Magis tamen mihi  
 uidentur haec quae in corda scripta dicuntur.  
 cum euangelicis legibus conuenire. Ubi cuncta  
 ad naturalem referunt aequitatem. Quidē  
 ita naturalibus sensibus proximum quia utq;



nolunt sibi fieri homines haec nefaciunt alius. Leg  
uero moysi concordare lex naturalis secundum  
non scdm litteram potest. Namq; erit in hoc intel  
legentia naturalis uerbi gratia. Ut octaua die  
quis circumcidat infantem. aut cum lino simul  
ne lana texatur uel nequi indie nouorum ferme  
tum aliquid aedat. Quae cum aliquotiens obieci  
mus iudeis & exieremus. ut si qd in his utilitatis  
esset ostenderent. scimus eos hoc solum responder  
solitos quod ita in sum sit legis tatori. Nos uero q  
haec omnia spiritaliter intellegenda sentimus.  
Idcirco & non auditores sed factores legis iustifi  
candos credimus non legis scdm litteram que  
utiq; pro sui impossibilitate non potest habere fa  
ctorem secundum spm per quem solummodo im  
pleri lex poterit. hoc est ergo opus legis quod  
& iam gentes apostolus dicit. implere naturali  
ter posse. Cum enim agunt quae legis sunt scri  
ta uidetur. Lex in cordibus eorum ad non memo  
mento sed spu diuini. Quod autem dicit in cor  
dibus non est putandum quia in membro cor  
poris quod cor appellatur lex scripta dicitur.  
Unde caro aut tantis prudentiae se  
sus possit emitte. Aut tanta memoriae  
receptacula conuenire. Sed sciendum est ra  
tionabilem animae uirtutem consolere no  
mina quae testimonia sane conscientiae.



uti apostolus dicit eos quide scriptam conti-  
 nent in cordibus legem. Vnde necessarium  
 uidetur discutere quid istud sit quia consci-  
 entia apostolus uocat utrum ne alia sit aliqua  
 substantia quam cor uel anima. haec enim con-  
 scientia & alibi dicitur quod reprehendat non  
 reprehendatur et iudicet hominem non ipsa  
 iudicetur. Sicut ait iohannis. Si conscientia  
 inquit nostra non reprehendat nos fiduciam  
 habemus ad dnm. Et iterum ipsi paulus alibi dicit.  
 Quia gloriatio nostra haec est testimonium con-  
 scientiae nostrae. Quia ergo tantam eius ui-  
 deo libertatem quae in bonis quidem gestis  
 gaudeat semper & exultet. In malis uero non  
 arguatur sed ipsam animam cui coheret & repre-  
 hendat & arguat. Arbitror quod ipse sit  
 sps qui ab apostolis esse cum anima dicitur secun-  
 dum quod in superioribus edocuimus uelut  
 pedagogus ei quidam sociatus & rector ut eam  
 de melioribus moneat uel de culpis castiget  
 & arguat. De qua & dicat apostolus. Quia  
 nemo scit hominum quae sunt hominis. Nisi  
 sps hominis qui in ipso est. & ipse sit conscien-  
 tia sps. De quo dicit ipse sps testimonium  
 reddit spiritui nostro. Et forte hic ipse sps  
 est qui coheret animabus iustorum quae sibi  
 in omnibus oboedientes fuerint. Et ideo scrip-



tum est laudate sp̄s & animas iustorum dñi . . .  
Si uero non obediens ei anima & contumax fuerit  
diuidetur ab eo post excessum & separabitur . . .  
Et propter hoc puto dictum esse in euangelio . . .  
De malo uilico quod diuidet eum dñs & partem eius  
cum infidelibus ponit . . . Ipse fortassis est sp̄s des-  
scriptum est . Quod incorruptibilis est sp̄s in om-  
nibus . et secundum ea quae superius diximus quod  
diuiditur ac separatur ab anima peccatrice . ut  
illa cum infidelibus accipiat partem . Potest  
similiter his aptari . & illud quod dictum est  
Erunt duo in agro . unus adsumetur . & unus  
relinquetur . Et duo ad molam . una adsumetur  
& una relinquetur . Haec de eo quod scriptum  
est testimonium reddente conscientia . Nunc uideamus  
quod sequitur & inter se inuicem cogitationibus  
accusantibus . aut & iam defendentibus in  
die iudicij cum iudicabit dñs occulta hominum secundum  
euangelium meum per ih̄m xp̄m . Rectum iudicium  
dñi est quis dubitet ubi accusatores & defensores  
adhibentur . & testes . & quidem de hoc iusto dñi iudicio  
nos homines capiamus exemplum . Nec putemus  
umquam sine accusante & defendente . & testibus  
iustum habere posse iudicium . Deinde uidentur  
est qm̄ in illa die cum iudicabit dñs hominem . cogita-  
tiones uel accusabant animam . uel defendent . Ne-  
utiq; ille cogitationes quae tunc erunt . sed iste qui



nunc sunt in nobis. Cum enim siue bona siue mala  
 cogitamus uelut in gestis ita in corde nostro tam bona  
 quam malorum cogitationum notae quaedam  
 & signacula relinquuntur. quae in occulto nunc  
 pectoris posita in illa reuelari dicuntur a nullo  
 alio nisi ab eo qui solus potest occulta hominum scire  
 quorum signorum uel quarum notarum causas  
 non latere dñi & iam nostra conscientia contestabi  
 tur. quod tamen iudicium. secundum euangelium  
 pauli. hoc est quod saulus adnuntiat per ih̄m xp̄m  
 fi &. Pater enim neminem iudicat sed omne iudi  
 cium filio dedit. Martion tamen & omnes quidi  
 uersis figmentis uarias intro ducunt animarū  
 naturas. hoc ex loco apertissime confutantur cū  
 apaulo dicitur d̄s occulta hominum iudicare per  
 ih̄m xp̄m. Et ostenditur unum quemq; non na  
 turae preputia legio sed propriis cogitationibus  
 accusatum uel excusatum conscientiae suae  
 testimonium iudicandum. Si autem tu iudaeus  
 cognominaris & requiescis in lege. & gloriaris  
 in dō & cognoscis uoluntatem & probas utiliora  
 instructus per legem & confidis te ducem esse  
 caecorum lumen eorum qui in tenebris sunt. Erudi  
 ditorem insipientium. Magistrum infantium  
 habentem formam scientiae & ueritatis in lege.  
 Quid uero doces alium. te ipsum non doces. qui pre  
 dicas non furandum furaris. Qui dicas non moe



chandum mecharis qui abhominaris idola. sacri  
legium committis. Qui in lege glonaris per pre  
uaricationem legis dñi de honoras. Nomen eni  
dñi per uos blasphematur inter gentes. Sicut ser  
tum est quem admodum in scripturis propheta  
cis obseruauimus. Non solum dicentes per sonam  
latenter & subito commotari. Uerum & eorum ad quos  
sermo uel de quibus sermo fit. uerbi gratia. & nunc  
ex patris persona nunc ex filii uel sp̄i sc̄i. Nunc & nunc  
ex persona prophete aut aliorum quorum libet aliter  
dicantur. Et nunc quidem sermo ad israheliticam  
gentem nunc ad exteras nationes aut reges & ad  
mille alios dirigatur. ita mihi uidetur etiam  
haec ad romanos scripta esse epistola. et interdum  
est dicentis persona mutetur. & aliquando quidem  
paulus spiritalis loquatur. sicut in multis epistola  
locis. Aliquando uero paulus carnalis. Sicut uerbi  
gratia cum dicit. Ego autem carnalis sum. uenit  
datus sub peccato. ut ostenderetur cum ad ipsum locum  
dño dirigente uenerimus. interdum uero fit  
& eorum personae ad quos sermo est comotatio  
ita ut nunc ad omnem romanorum dicatur eccle  
sia. Gratias ago dō meo per ih̄m xp̄m pro omnibus  
uobis quia fides ur̄a usq; mundo. in alius uero non  
ad omnem ecclesiam. sed ad omnem qui iudicat. alius  
& ipse facit ea quae in alius condemnat & est inex  
cusabilis. Nunc autem neq; ad ecclesiam. neq; ad



cum qui iudicat sit sermo hic in quo dicit. Si autem  
 tu iudeus cognominaris & requiescis in lege & ce  
 tera usq; ad eum locum. et iudicabit quod ex na  
 tura est preputium legem perficiens te qui per  
 litteram & circumcisionem pre uaricator es legis.  
 Sicut in scripturis prophetis uigilanter oportet  
 intendere. cum qui uult intellegentiam eorum  
 quae scripta sunt capere uel dicentium uel ad quos  
 uel de quibus sermo sit personas. Ita nunc in episto  
 lis ad romanos agendum mihi uidetur. Sed uide  
 amus iam quae sunt quae dicit apostolus ad eum  
 qui cognominatur iudeus. Primo namq; hoc ob  
 seruandum est quod non dixit de eo. Si autem  
 tu iudaeus es sed iudeus cognominaris. quod non  
 idem est esse iudaeum & cognominari iudaeum.  
 Ipse enim paulus docet in consequentibus quod  
 uere iudaeus sit ille qui in occulto circumcisus  
 est. circumcisione cordis qui spiritu non littera lege  
 custodit. Cuius laus non ex hominibus sed ex deo  
 est. Qui autem in mani festo in carne circum  
 cisus est legem ad hoc obseruans ut uideatur  
 ab hominibus iste non est uere. sed cognomina  
 tur iudaeus. De his enim & ipse apostolus dicit.  
 uidete concisionem. Nos enim sumus circumcisio  
 qui spiritu deo seruiamus. Sed & iohannes in apocalypsi  
 de quibusdam ita dicit. Qui dicunt se esse iudaeos  
 & non sunt quos & iam de synagoga satane esse pro



nuntiat. Sciendum tamen est quod iste <sup>quae</sup> innocens  
& uere iudaeus est ab illo iuda uocabulum trahit  
De quo scriptum est. Iuda te laudabunt fratres  
manus tuae super dorsum inimicorum tuorum.  
Catulus leonis iuda & cetera quae in saluatorem <sup>domini</sup> pro  
phetata sunt. igitur si claruerit de differentis per  
sonarum & quis uere sit iudaeus qui autem solo no  
mine cognominetur. Videamus quae ad hunc quae  
iactat esse iudaeum & non est sermo apostolicus  
dicat. Tu inquit qui iudaeus cognominaris & omne  
tibi requiem in legis littera conlocas & gloriaris  
indō tamquam qui portio eius sis & cui concessum  
sit scire uoluntatem di et uelut probandi ignarus  
iactas te scire posse & discernere quae sint ut  
liora & differentia. Ita ut non solum quae sunt  
bona scias. Uerum etiam quae sunt meliora  
& utiliora discernas. Confidis quoque quod dux  
possis esse caecorum. Nimirum ex illis ducibus  
de quibus dicebat. duces caecorum. Caecus aut  
si caeco ducatum prestet & ambo in foueam cadunt.  
Confidit ergo ducem se esse caecorum lumen quoque  
eorum qui in tenebris sunt. sed ad istos nihilomi  
nus dñs dicit. Si autem lux quae in te est tenebrae  
sunt ipse tenebrae quantae sunt. Confidunt  
quod eruditores sunt insipientium & magistrum  
infantium tamquam qui ex legis littera forma  
scientiae & ueritatis acciperint. et quia haec pro



fitentur. Quid est non tamen uere tenent, dicit  
 ad eos apostolus, qui ergo doces alium. te ipsum non  
 doces. Et qui praedicat non furandum. tu aduen-  
 tum & praesentiam xpi quem uniuerso mundo  
 efulsit furaris. Qui dicis non moechandum. In  
 sinagogam populi di adulterium committis.  
 sermonem doctrinae prauum. Et adulterium  
 ei superducent & conlocas eam cum legis littera  
 quae foris est. cum scriptum de ea legas. Quod om-  
 nis gloria filiae regis intrinsecus. & ad quam legis  
 prophetam nihilominus dictum nisi occulte au-  
 dieritis plorauit anima ura. Qui ergo negas moe-  
 chandum tam graue adulterium committis. ut  
 adulterium sensum introducas. ad eam de qua dic-  
 tum legis ad o. Ego te mihi desponsabo infide & mi-  
 sericordia. qui ab hominibus idola sacrilegum com-  
 mittis. Uerum templum di quod est xpi ihu uiolans.  
 soluisti enim templum di quod in tribus diebus  
 resuscitatum est his qui credunt. Sed & qui ex lege  
 & prophetis sermonem xpm pronuntiantem. Fura-  
 tur & occultat. ne populus audiat. & credat sacrilegiu  
 committit & uere templum di uiolat. Idem quoque  
 hic qui cognominatur iudaeus. & gloriatur in littera  
 legis morisi. Praeuaricator legis arguitur cum non  
 credit xpo. Si enim crederet morisi. crederet  
 utiq; huic de quo morises scripsit. propter istos  
 ergo tales qui dicantur iudaei & non sunt nomen



di blasphematur inter gentes non solum pro op  
ribus eorum pessimis. sed et propter humilem  
& delectam intelligentiam quam habent in legi  
& prophetis. Rēdicula namq; etiam ipsi genti  
bus fiunt cum legis litteram sequentes dicunt.  
Nec tingeris ne gustaueris ne contaminaueris quae  
sunt omnia incorruptione secundum mandata  
& doctrinas hominum. Uerum haec apostolus qui  
dem ad eum qui nomine non opere iudaeus est dicit  
Pertinere tamen & iam ad omnem hominem pos  
sunt in quo nomen tamen religionis & pietatis est.  
opera autem & scientia & fides de est. Et ideo maior  
cura haec in nobis ipsis quam in his qui ad fidem xpi  
non ueniunt. Discutere debemus ne quis nostrum  
qui per fidem xpi & circumcisionem in baptismo  
datam uerus iudaeus effectus est & in lege xpi requi  
esit. Gloriatur quoq; se idolorum errore depulso  
agnouisse dñm & eius sibi innotuisse uoluntatem.  
Sic enim probare quod bonum & bene placitum est  
& perfectum. & eo usq; per uenit ut esset dux & doctor  
ecclesiae ad illuminandos eos qui in scientia caeci sunt  
& instruendos paruulos in xpo ne is inquam talis alius  
quidem uelit docere districtius. Et de his quos instruit  
summam disciplinae castitatis exigere. Ipse uero  
intemperantiae uitio & cupiditatis urgeatur.  
Non numquam etiam flammis occultae libidinis affectus  
ad huius modi ergo hominem apostolicus hic



hic sermo competenter aptatur dicenti. Tu qui doces  
 alium te ipsum non doces. Qui predicas non fu-  
 randum furaris. Qui dicis non moechandum  
 moecharis. Quod si etiam ut non numquam  
 fieri solet munera oblata dō & stipem pauperum  
 in usus datam ad propria luera conuertit. Recte  
 ei dicitur qui abominaris idola sacrilegium facis.  
 si uero etiam aperta incurrat obprobria. Et de  
 auaritia eius atque iniquis iudiciis & temulentia  
 publica iam teneat nota. de honoratur dñs in actibus  
 eius. Et cum doctor ecclesiae talis esset populis inno-  
 tuerit. nomen blasphematur in gentibus. Certi  
 sunt enim magistro similes esse discipulos.  
 Possunt tamen haec eadem tero loco & iam here-  
 ticis aptari. Et ipsi enim cognominantur xpiani.  
 Et non nulli eorum etiam legem tenere. Post  
 quam instructi doctores se esse caecorum & ma-  
 gistros Infantium profitentur probantes utili-  
 ora quae latere ab ecclesiasticis dicunt.  
 Sed isti qm furantur uerba dñi et intellectum  
 eorum per uersa expositione subripiunt adul-  
 terium fidei sensum ad sponsam xp̄i ecclesiam  
 In regios thalamos inducunt. Recte ad eos dici-  
 tur. Qui predicas non furandum furaris.  
 Qui dicis non moechandum moecharis & qui abho-  
 minantur idola sacrilegium committunt.  
 Praetiosa uasa de templo dñi id est uere fidei



margaritas descripturis scis furantes per quos & nome  
di blasphematur inter gentes. dum casta & honesta  
ecclesiae dogmata corruptis ac turpibus ma  
culant hereticae prauitatis erroribus. ex illis  
enim et infanticidii. et incerta ceterorumque  
similium scelerum probra ad inuidiam sc̄ae reli  
gionis exorta sunt. sciendum tamen est haec  
apostolum per hieroniam dicere ad eos. Neque  
enim qui uere requiescit in lege et gloriatur  
in dō et probat utiliora. Haec quae enumera  
ta sunt facere credendus est testimonium sc̄ae  
quod posuit id est nomen dī per uos blasphe  
matur inter gentes. de esaiā sumptum est cir  
cumcisio quidem prodest si legem custodias  
**S**i autem preuaricator legis circumcisio tua  
preputium facta est. Si igitur preputium  
iusticia legis custodiat nonne preputium  
illius in circumcissione reputabitur. & iudicabitur  
id quod ex natura est. Preputium legem per  
ficiens te qui per litteram et circumcissionem  
preuaricatores legis. Non enim qui in mani  
festo iudaeus est. neque qui manifeste in carne  
circumcisio. sed qui in occulto iudaeus est & cir  
cissione cordis qui in spū non littera cuius laus  
non ex hominibus sed ex dō est. Quae sit circum  
cisio quam prodest esse dicit apostolus uel in qua  
prodest uel quae lex si custodiatur. Diligen



tius requirendum uidetur ut cum non intellexeri-  
 mus possimus et circumcidi qui ipse si prodest.  
 circumcisio secundum uerbum apostoli dicentis.  
 Quia circumcisio prodest si legem custodias. ipse  
 apostolus Inconsequentibus docet. quod non illa  
 quae in manifesto in carne est circumcisio. si circū-  
 cisio cordis per spm̄ non per litteram facta laudē  
 habet non ab hominibus sed ex dō. Et alibi  
 dicit. Videte concisionem nos enim sumus  
 circumcisio qui spū dō seruimus et non in carne  
 confidimus haec ut opinor circumcisio quod  
 perdisse dicit apostolus si legem custodias non  
 legem littere. cuius utiq; concisionem  
 in carnem non recipis. sed legem sp̄s secundum  
 quod circumcideris corde. Littera enim  
 occidit. sp̄s autem uiuificat. quod Alex di  
 non refertur a tamento scripta. sed digito  
 di qui est sp̄s eius. et non in tabulis lapideis  
 sed in tabulis cordis. uerum potest nobis obiecti  
 quia si apostolus circumcisionem prodesse  
 dicit. quae utiq; non alia intellegitur esse  
 quam anime purgatio et abiectio uitiorum.  
 qm̄ addit adhuc ita demum prodisse huius  
 modi circumcisionem si legem custodias. Cum  
 haec ipsa circumcisio non nisi ex legis obser-  
 uantia fieri uideatur. Sed intueri ne forte  
 abscidere uitia & cessare a malis circumcisionem.



significet. agere autem quae bona sunt. & efficere  
quae perfecta sunt custodire sit legem. Neque  
enim in eo perfectio est si cessetur a malis sed in eo  
si agantur bona. Sicut in psalmo euidentius per  
docemur cum dicit. Declina a malo. et non hic  
stetit. sed addidit. et fac bonum. Similiter Igitur  
et apostolus ut patet in his inbutis ita demum  
dicit prodesse circumcisionem & abiectioem  
malorum. si custodias legem bonorum. Neque  
enim perfectus quis esse potest si nihil legerit  
mali sed si aliquid gerit boni. Unde & ipsa  
circumcisio quae fiebat in carne. non absq; huius  
Intellegentiae quam nunc exponimus signifi  
cabatur imagine. Deniq; octaua die paruu  
lus dabatur. qui nihil utiq; adhuc operis ageret.  
Quod si quis nobis proferat illud. quod in principio  
libri iob de laude eius positum est ubi dicit.  
Et erat iob homo uerax. sine quae re la iustus  
di cultor. abstinens se ab omni re mala.  
Cur precedente boni operis laude. in ultimo  
mali. continentia numeretur. Illud quod  
arbitror iudicari. quod sepe fieri solet. quod  
plurimi hominum agunt. quidem quae bona  
sunt. misceant tamen aliquid & operis mali.  
Pauci uero sicut & iob. qui ita & ueraces & in  
reprehensibiles ita iusti sint & cultores di  
ut haec omnia agentes. abstineant se re



mala. Si ergo inquit praeuaricator sit legis  
 sicut supra exposuimus non agendo quae  
 bona sunt. circumcisio tua praeputium facta  
 est. dum & hoc tibi quod abstinere a malo.  
 usus est opera fidei. & iustitiae non agenti. ad  
 infidelitatem reputatur. Neque enim possi-  
 bile est alicui carnalem circumcisionem.  
 rursum in praeputium uerti. Cum utique ab-  
 scissa praeputii caro ultra redire non possit.  
 Dignus ergo & euidentius intellegitur. quod  
 continentia mali operis. quae per circum-  
 cisionem significatur si opera fidei non habeat  
 ad immunditiam reputetur. Sed et in eccle-  
 sia qui per baptismi gratiam circumciditur.  
 si post haec praeuaricator sit legis christi. Circum-  
 cisio baptismi. ad infidelitatis ei praeputium  
 reputabitur. Quia & fides sine operibus  
 mortua dicitur. Et mali uulci pars cum  
 infidelibus ponitur. si autem praeputium  
 iustitias legis custodiat. nonne iudicabit id  
 quod ex natura est praeputium legem per-  
 ficiente. qui per litteram & circumcisionem  
 praeuaricatores legis superius diximus.  
 Quia uos iudaeos & duas circumcisiones discu-  
 tiat apostolus & nunc commemoret. Videatur  
 ergo in praesenti loco praeputium dicere gen-  
 tesque. In praeputio carnis ad fidem christi uene-



uenerunt. quas legem spiritalem seruantes com-  
ponit & comparat iudaeis qui per litteram & cir-  
cumcisionem carnis praeuaricatores sunt legis  
quos et iudicandos ab his dicit. In quibus non  
carnis circumcisio sed legis observatio est.  
Possumus autem ex comparatione etiam nostrae  
in ecclesia commonere. Verbi causa si dica-  
mus in preputio adhuc esse catholicum nos.  
aut & iam gentiles & circumcisos esse fideles per  
gratiam baptismi. Si ergo catholicum nos qui  
non dum per gratiam lauacri circumcisus est  
legem xpi seruare & iustitias & mandata custodit.  
Nonne ex comparatione iudicat eum qui fidelis  
dicitur & precepta non seruat. ac legem xpi  
et mandata contemnit. Denique & ipse dñs dice-  
bat. regina austri surget in iudicio cum uita  
generationis huius & condempnabit eos. qui  
uenit a finibus terre audire sapientiam  
salomonis. Haec quidem ad instruendam  
ecclesiam nobis dicta sunt. Verū considera-  
si possit hoc in loco & ille intellectus amitti  
ut dicatur & iam. Post aduentum xpi car-  
nalis circumcisio. quae ex lege obseruabatur  
prodesse. aliquid custodientibus legem seru-  
dum hoc quod initio fidei nrae. adhuc acriter  
tibus obseruatur. Ut in actibus apostolorum  
docetur. Uel petrus in discretione ciborum



Uel paulus In sacrificiis purificationis fecisset .  
 Si forte & iam hic huiusmodi circum cisionem  
 proposuisse uideatur apostolus quod prodesse  
 dicit . Ita si & iam lex seruet si minus circum  
 cisionem hanc In preputium uertendam .  
 Hoc est nihil profuturam Immo etiam maius habere  
 ludicium eum qui per circum cisionem carnis uide  
 atur legis obseruantiam profiteri . Et prouari  
 cando legem iudicari ab eo qui non suscipere  
 quidem circum cisionem carnis iustitias tamen  
 seruauerit legis . Si ergo & hic sensus recipi debeat .  
 Videto & iam tu qui legis qm̄ quidem ipse apos  
 tolus profiteretur se iudaeis fieri iudaeum . & his  
 qui sine lege sunt quasi sine lege sit . & omnibus  
 omnia fit . ut omnes loqui faciat . Ne forte prop  
 terea hic uideatur Indulgere iudaeis ea quae  
 ad galatas scribens his qui ex gentibus credide  
 runt . Non indulgeo dicit enim quod si circum  
 cidamini xps̄ uobis nihil proderit . Nihil ergo  
 prodest circum cisio is qui ex ea putant aliquid  
 iustificationis assumi . Prodest autem his  
 qui putabant sibi ad xpm̄ non esse ueniendum .  
 si eis circum cidere filios uetaretur . Erant enim  
 non nulli Inuitus qui circum cisionem ueluti  
 In signe uernaculum gentis suae nimio amore  
 seruare n̄ t . & impedire uidebantur a fide  
 si hoc eis uetaretur quod carere non poterant .



Ergo uidetur apostolus ad huiusmodi homines  
dicere. ne eis fidei la nuam claudat. quod cir  
cum cisio prodest si legem custodias. Si autem  
praeuaricator legis sis. circum cisio tua prae  
putium facta est. E contrario autem si creden  
tes ex gentibus ad circum cisionem cogerentur  
fidei xpi. & praedicationi uerbi fieri uideretur  
Iniuria. Sed & illud obseruandum est. quod cum  
dixerit circum cisio quidem prodest si legem cus  
todias. Non addidit. si autem non custodias. fiet  
consequens uidebatur. Sed ait. Si autem prae  
uaricator sis legis In quo ostendit aliud esse non  
custodire legem. Aliud praeuaricari legem.

Nam et paulus ipse non semper legem custodit.  
Numquam tamen praeuaricatorem legis prae  
terea In consequentibus dicit. Si autem prae  
putium iustitias legis custodiat. Nonne ludi  
cabit quod ex natura est praeputium legem  
perficiens te. qui per litteram & circum cisionem  
praeuaricatores legis. Custodit igitur legem  
is qui secundum litteram obseruat. & is prae  
uaricator eam qui spiritalem eius non tenet  
sensum. Iustitiae uero legis. moralis eius est loc  
Lex enim generale uocabulum est. Iustitiae ut  
pars legis est. Continet enim lex iustitias & iudi  
cia & mandata & iustificationes aliasse quae quae  
plurimas species. Si ergo praeputium non ait



Ipsam legem sed iustitias legis custodiat. In tantum prae-  
 festur circumcissioni prae uaricant legem ut etiam  
 iudicet eam & bene addidit legem per ficiens. Ille em̄  
 qui secundum litteram uiuit custodire dicitur legem.  
**I**sto uero qui secundum sp̄m per ficiens. Per sectio  
 autem legis in xpo est. Qui dixit non ueni soluere  
 legem. sed adimplere. Adimplere autem legem  
 hoc est per ficiens legem. Custodit ergo legem  
 carnalis iudaeus. In quo ille quidem prae uaricator  
 legis. hic autem iudex prae uaricatoris efficitur.  
**P**rae uaricator autem efficitur carnalis iudaeus.  
 quod lex ipsa infirmatur per carnem. Hic enim  
 infirma fuisse & secundum carnem. non utique  
 diceretur. Nam quod impossibile erat legis in quo  
 infirmabatur per carnem. Per sp̄m autem infir-  
 mari legem numquam inuenies scriptum. Et ideo  
 qui in carne sunt. dō placere non possunt. Qui autē  
 per sp̄m actus carnis mortificauerint non solum  
 uiuent sed & iudices erunt. non tamen hominum.  
 sed & angelorum. quia illius laus ab hominibus est.  
 huius adō. Haec quidem dicta sunt nobis ad expla-  
 nationem sermonis apostolici quem differere pro-  
 posuimus. Non tamen inportunum uidebitur  
 etiam circumcissionis ipsius generalem discutere  
 rationem. quando quidem de ea locus ipse commo-  
 uit. Repetamus igitur. & in medium profera-  
 mus. si qua in lege de ea uel in scripturis ceteris



continentur. Inuenimus In genesi scriptum primo  
de circumcissione cum responsa darentur ad habraham  
hoc modo. Et dixit dñs ad habraham. Tu autem  
testamentum meum seruabis. & omne semen  
tuum post te in generationes suas. Circumcide-  
tur omne masculinum uestrum. & circumcide-  
retis carnem preputii uestri. et erit in signo  
testamenti. Inter me & uos. et puer octaua die  
circumcietur uobis. omnis masculus in genera-  
tionibus uestris. Vernaculus & pecunia empti  
ab omnibus filii alienarum. qui non est ex se-  
mine tuo. circumcissione circumcietur. Vernu-  
culus domus tue & pecunia comparatus. et erit  
testamentum meum super carnem uestram testa-  
mentum aeternum. Et in circumcissione masculus  
qui non fuerit circumcissus in carne preputii sui  
die octaua exterminabitur anima illa de genere  
suo quod testamentum meum dissipabit. Non  
nos tamen latere debet quod in aliis exemplari-  
bus non habet positum octaua die in hoc dum-  
taxat loco. Item in leuitico scriptum est. & locu-  
tus est dñs ad moysen dicens. Loquaere filiis  
isrl & dices ad eos. Mulier quae cum suscep-  
erit semen. & peperit masculum immunda  
erit. uiii diebus secundum dies purgationis.  
Immunda erit. & die octaua circumcietur  
carnem preputii eius & triginta tres diebus



sedebit in sanguine suo in mundo. Haec qui-  
 dem de lege moysi testimonia posuimus. Sal-  
 uator uero in euangelio ait circumcisionem  
 accipere hominem in sabbato. & non solum  
 legem moysi. et dicit eam ex patribus esse.  
 & ante moysen datum. Cuius sententiae aucto-  
 ritate simul & legalis praecepti grauitate.  
 Post moti etiam post aduentum ihu suasi  
 sunt. quidam circumcidi cum essent ex gen-  
 tibus. Alii uero horrescentes pondus prae-  
 cepti refugerunt poenitus etiam ab ipsis  
 legibus in quibus haec scripta uidebantur.  
 Ita ut putarent haec non esse boni di mandata.  
 Nec eius quem dñs. & saluator noster praedi-  
 care uenisset. Et ideo mihi uidetur dili-  
 gentior in talibus locis adhibenda discussio  
 si sit aliquid in huiusq. modi mandato utilita-  
 tis & iam secundum litteram. & si sit quibus  
 utile sit uel quem ad finem tendat eius uti-  
 litas. Aut si aliquid utilius figuratiter uide-  
 at. Igitur repetentes ea quae ex lege pro-  
 tulimus testimonia discutiamus attentius.  
 utrum ne soli iudaeorum genti uideatur  
 huiusmodi imminere mandatum. an & eos  
 qui ex gentibus crediderunt aequa forte  
 constringat. Intueamur ergo illud quod  
 abraham defer tur oraculum quo iussus



est circum cisionis testamenta seruare. Tu inquit & semen tuum post te per generationes inter me & semetipsos ut circum cidatur omne masculinum eorum. & circum cidatur carnem preputii sui. ut sit in signo testamenti inter me & ipsos. & omnis masculus septimo die circum cidatur. Quo sane etiam ex alienigenis. id est qui minime ex abraham stirpe circum cidi uelit manifeste pronuntiat. At namq; uernaculus tuus & pecunia emptus ab omnibus filiis alienigenis qui non ex semine tuo circum cisionē circum cidatur. Nusquam fecit profecti idem aduenę mentionem. Sed uernaculus seruum profecto gentis illius dominatum. uel & iam pretio mercatur circum cidi iubet & non liberum in hospitium constringit non aduenam per scrutemus nunc & iam leuitici legem. Qm̄ & iam moysi precipiat dñs. loquere inquit filius isrl̄ & dices ad eos. Mulier si susceperit semen. & peperit masculum. & post aliquanta octaua inquit die circum cidatur carnem preputii eius. Intuere & hic quem admodum de lege circum cisionis tamen ad filios isrl̄ moyses loqui iubetur. Et alienigenarum nulla sit mentio. Si enim credimus per diuinum sp̄m scripta esse quae inferuntur in lege utiq; non frustra. aut addi aliquid putandum est.



aut filii. Et ideo cum in quibusdam mandatis  
 dicitur. Loquere ad filios israel. et dices ad eos. In qui-  
 busdam uero additur. ut non solum filii israel  
 sed & proseliti idem aduenis loquatur. Necessario  
 utiq; obseruanda distinctio est. quia sicut in his locis  
 ubi dicitur. Loquere ad aaron. & alibi ad filios eius.  
 aaron. & alibi loquere ad leuitas & dices ad eos. Cer-  
 tum est non subiacere reliquos filios israel in legibusq;  
 uel filiis aaron. uel leuiticis. uel ipsi aaron pro-  
 mulgatae sunt. Ita & iam quae filii israel iubentur  
 nec alienigenae memoria ulla fit. non est putan-  
 dum commune in his esse mandatum. uel commu-  
 nem fieri legem ubi appellationis habetur excep-  
 tio. Pauca tamen ad horum probationem  
 testimonia adhibeamus ex pluribus perque neces-  
 sariam esse. uel adiectionem. uel exceptionem  
 huiusq; modi in omnium conprobemus. In pri-  
 mis leuitici partibus ad solos filios israel fertur  
 huiusmodi lex. Loquere inquit dominus filius & dices  
 ad eos. Homo ex uobis si offerat dona deo ex peco-  
 ribus & cetera. Haec huiusmodi quis dubitet  
 quod ad solos filios israel mandantur. Alia uero non  
 ipsis aaron uel filius eius. ut dicit inconsequenti-  
 bus. & locutus est dominus ad moysen dicens. praecepe  
 aaron & filius eius dicens. haec est lex holocausto-  
 rum. & cetera. Et rursus locutus est dominus  
 ad moysen dicens. Loquere ad aaron & filius eius



dicens haec est lex peccati in loco qui iugulauerint  
holoc. iustum ibi iugulabunt pro peccato in con  
spectu dñi. Et iterum ad aaron. Vinum inquit  
& ficeram non bibetis & filii tui tecum cum introi  
tis in tabernaculum testimonii. Alia autem  
neque aaron neque filius eius mandantur.  
Sed senioribus ist hoc modo loquere inquit ad senio  
res israhel dicens. Accipite inquit hircum ex ea  
pris pro peccato. & cetera. Numquid dubitatur  
quod haec lex solis senioribus filiorum israhel pe  
pitur. Sed & de mundis & immundis animalibus  
specialis nihilominus lex filiis israhel dari uide  
tur. Ita namq. scriptum est. Et locutus est  
dñs ad moysen & aaron dicens. Loquimini filiis  
israhel dicentes ad eos. haec sunt animalia quae  
manducabitis & reliqua. Sic ergo & iam de circū  
cisione uel in his quae ad habraham responsa sunt.  
uel in his quae in leuitico continentur. non alius  
quisquam circūcisionis lege constringitur.  
Nisi sit lex abraham originem trahens uel uerna  
culus eorum aut pretio emptus. Vis autem  
uidere quia sic ubi uult & iam alienigenis una  
eademq. lege coniecti significantur ostendant.  
Audi quid scriptum sit. Et locutus est inquit  
dñs ad moysen dicens. Loquere ad aaron & filios  
eius. & ad omnes filios israhel. & dicet ad eos.



Homo ex filijs israhel uel ex aduenis qui fuerint in uobis  
 quicumq. manducauerit omnem sanguinem fatuā  
 animam meam super animam illam quae mandu-  
 cauerit sanguinem & disperdam eum de populo  
 suo quia cenima omnis carnis sanguis illius est.  
 Et ego dedi uobis illum ut ex ipso supra altare  
 propitiatur pro animabus uestris quia sanguis  
 pro anima expiabit. Propter ea dixit filius israhel.  
 Omnis anima ex uobis non manducabit sangui-  
 nem & aduena qui cumq. fuerit in uobis non  
 manducabit sanguinem. Videtur igitur hanc  
 de observatione sanguinis legemque communiter  
 & filijs israhel & aduenis data est. Obseruari  
 & iam a nobis qui ex gentibus per ih̄m xp̄m  
 credimus dō. Nos enim profectos & aduenas  
 scriptura nominare consuevit. Cum dicit  
 aduena qui est in te. ascendit super sursum.  
 Tu autem descende deorsum. Ipse erit tibi  
 caput. Tu autem eris eius cauda. Ideo ergo  
 legem de observatione sanguinis communē  
 cum filijs israhel. & iam gentium suscepit eccle-  
 sia. haec namq. ita intellegens in lege scrip-  
 ta. Tunc beatum illud apostolorum conciliū  
 decernebat dogmata & decreta gentibus scri-  
 bens. ut abstinerent se non solum ab his qui  
 idolis immolantur & a fornicatione. sed & a san-  
 guine & suffocato. Verum requires fortasse



sicut de sanguinis obseruantia claruit. Ita etiam  
de suffocato doceatur. utrum communis filius irt  
cum aduenis data sit lex. quod etiam de hoc obseruare gen-  
tes apostolorum statuta decernunt. Audi quam obser-  
uantur etiam super hoc indi legibus cautum sit. O ho-  
mo inquit in filis israhel & ex aduenis qui sunt in uobis  
qui cumq; uenatus fuerit feram aut auem que  
manducantur effundat sanguinem eius. & coope-  
riat terram quia anima omnis carnis sanguis  
ipsius est. Uide ergo quam obseruantur leges lator  
In quo mandatum commune uult esse coniungit  
aduenas filis irt. In quo uero specialia dat precepto  
a quibus ea uelit obseruari distinguit. Verum  
quo inter illa quae de leuitico superius protula  
mus & iam hoc scriptum refertur. Homo homo  
ex filis irt uel ex aduenis qui sunt in eis. Qui cumq;  
fecerit holocaustum aut sacrificium & ad hostium  
tabernaculi testimonium adduxerit facere illud  
exterminabitur homo ille de populo suo. Et per hoc  
uideatur etiam ad uena & de sacrificis inungi. & eccle-  
siae ex gentibus offerendis holocaustis obnoxia fieri  
& iam hoc diligentius uerba & syllabe. ut ita dicam  
obseruandae sunt legis. At enim. Si fuerit holo-  
caustum uel sacrificium ut adhibeat illud  
ad hostium tabernaculi testimonium lex non  
ut faciat iacet. Sed si forte fecerit quo facere  
debeat doceat. Certum est enim nec dubitari



potest. quia dum hierosolimis templum consta-  
 ret & religio patribus tradita uigeret. Plurimi  
 & iam gentium ueniebant ad adorare & offerre sacri-  
 ficia. Sed hoc qm̄ in loco uno tamen modo fieri  
 praeceptum est. De quo & iam hic mandat ut ad  
 ostium tabernaculi iugulanda uictima deduca-  
 tur tam diu potuit legitime fieri quam status  
 loci per mansit incolomis. Denique & saluator  
 ad illos decem leprosos quos mundauerat.  
 Ite inquit & ostendite uos sacerdoti & offerre pro  
 uobis hostias sicut p̄cepit moyses. Ex quibus  
 cum unus regressus fuisset ad saluatorem gra-  
 tias agens. At dñs nonne decem purgati sunt.  
 ubi sunt illi nouem. non est inuentus qui rediret  
 et gratias ageret dō nisi hic alienigena. Ita  
 ergo constante templi statu & iam alienigenis  
 offerendi sacrificia moris fuit. Nunc uero  
 quid exposcetur ab aduenis quod exhibere ne pro-  
 prius quidem cultoribus licet haec is omnia  
 dicta sunt nobis. ut ostenderemus quanta sit  
 in lege distinctio mandatorum. Et precipue  
 ut de arcum uisionis precepto doceremus  
 q̄ non alius h̄ his qui ex habraham genus  
 ducunt. Vernaculisque eorum uel precio  
 coemptis esset iniunctum. liberos uero esse  
 ab huiusmodi legibus eos qui per xpm̄ dō  
 ex gentibus credunt. Quae tamen idcirco



Interim absque ullius allegoriae adiectione  
discussimus nequa ut solet his qui excircum-  
cisione sunt obstrepenti aduersum ueritatem  
resideret occasio. Sed adhuc ualidum aduersum  
nos leuare poterunt telum. Confirmantes  
etiam profectos per legem circuncisioni obno-  
uis fieri ex his quae in exodo scripta sunt hoc modo.  
Si uero quis acceperit ad uos profectos & fecerit  
pascha dño circumcidesei omne masculinum  
& tunc accedit facere illud. & erit sicut indigena  
omnis incircumcisus non edet ex eo lex una & erit  
Indigenae & aduenae qui aduenerit ad uos quae  
quam uis arguta uideatur obiectio tamen  
amiranda legislatoris ubiq. cautela succurrit.  
Considera enim quod & hic non dixit quia aduen-  
qui uenerit ad uos faciat pascha dño & circum-  
cidatur. Sed obseruantissima moderatione  
decernit dicens. Si accesserit ad uos & fecerit  
pascha. nec dubitare enim de hoc potest quod  
si eum cum iudaeis iudaei cum pascha fecerit  
& circumcidat. Unum hoc interim quo  
retundantur contradicentes legislatoris  
cautela prospexit. Est & illud praeterea ad-  
mittere non poterint pascha. quod lex fieri  
precepit in loco illo fieri iubet quem elegit  
dñs dñs id est hierosolimis. In illo & enim tem-  
plo tum offeris sacrificia decernuntur.



Recuperent ergo prius statum templi & tunc  
 de circumcissione contendant. Si uero ibi  
 secundum sententiam saluatoris non reman  
 sit lapis super lapidem qui non sit destructus.  
 Superflua est de circumcissione causatio. Intantem  
 autem circumcissio uernaculum ipsius & nullius  
 alterius gentis insigne est. Ut nusquam alius  
 quis in historiis ueterum pro hac referatur  
 correptus nisi filius moysi cuius mater seffora  
 uim angeli cominantis exitium filii circum  
 cissione conpescuit. Et ex his ergo om  
 nibus ostenditur israhel ille qui secundum  
 ut solus circumcissione carnis obnoxius.

Liber autem & alienus ab ea populis pro felitus  
 qui aduenit ad eam qui ascendit & factus est  
 sursum. Ille autem descendit & factus est  
 deorsum. Deorsum & per misericordiam  
 xpi factus est iste populus in capite & ille in cau  
 da. Facti sunt enim nouissimi primi & pri  
 mi nouissimi. Et ob hoc iudicat id quod ex na  
 tura est preputium legem perficiens illos  
 qui per litteram & circumcissionem preuari  
 catores sunt legis. Non enim purificant  
 animam haec quae in manifesto sit in carne  
 circumcissio. Sed illa quae in occulto est cir  
 cumcissio cordis ipsa purificat mentem  
 & uiciorum maculas abscedit. Hactenus



nobis de circumcissione carnali pro uiribus dictum sit. Age iam secundum eum qui dicit quod lex spiritalis est. & qui de his <sup>qui</sup> referuntur in lege dicit. quod per allegoriam dicta sunt. Quid & iam allegoricis legibus de ea sentiendum sit uideamus. Scio multorum de hoc ferri dicta uel scripta. Sed & nos quae dñs dederit ad ea quae ab aliis commode composita uidentur addemus. Circumcisio est ex genitali membro per quod successio humani generis & carnalis propago ministratur amputare aliquam partem. Per hoc ergo indicari figuratiter reor amputandam esse ab anima si qua illa ex consortio ei carnis adhereret in puritas. si qui eam libidinis male suadae sensus obtexit. Idcirco non agitur alius ista de sectio sed genitalibus membris infigitur ut clareat quod huiusmodi uitia animae non ex propria substantia. sed ex genuino motu & incentiuo carnis adueniunt. Quod autem octauo die circumcisio datur. illud designari arbitror. quod praesenti quidem saeculo septimana deputata est. Octauus autem dies futuri saeculi misterium tenet. Illorum ergo est circumcisio spiritalis qui futuro saeculo militant. In quo neque nubent. neque nubentur. sed erunt sicut angeli dī. Et eorum qui se ipsos castrauerunt propter regnum dī. Et quorum in terris ambulantium in cae



lis est conuersatio. quique prospiciunt non ea  
 quae uidentur & sciunt. quia quae uidentur  
 temporalia sunt. quae autem non uidentur  
 aeterna sunt. Verum ut superius memora-  
 uimus dictum est & ab aliis quod circumcisio  
 spiritalis sit omnem inmundam cogitationem  
 atque impuros sensus abscedere a corde & abi-  
 cere. Sed occurritur huiusmodi editioni-  
 bus ex his quae apud ezechielum scripta refe-  
 runtur. ubi dicit dñs. Omnis filius alienigena  
 In circumcisus corde & in circumcisus carne  
 non introibit in scā mea In omnibus filiis alie-  
 nigenarum qui sunt In medio domus israhel.  
 Euidenter & enim secundum circumcisiones  
 hoc loco ostendit sermo propheticus dicens.  
 In circumcisus corde & in circumcisus carne.  
 Unde cogimur secundum allegoricas leges  
 utriusque circumcisionis formas ac species  
 assignare. Quamuis hoc possit nobis etiam  
 In illis quas supra exposuimus rationibus obici.  
 Sed interim nunc persequamur quae possit  
 duarum circumcisionum secundum allegoriā  
 figura seruari. Et uideamus ne forte referri  
 queat ad duo generalia peccata in quibus in cir-  
 cumcisus esse non expedit. Idem est infide-  
 & in operibus. ut sit in circumcisus corde qui  
 non habet fidem & in circumcisus carne qui



opera non habet. Alterum namque sine altero  
reprobatur. quia & fides sine operibus frustra  
dicitur. Et ex operibus sine fide apud dñm  
nemo iustificatur. Sic igitur ut ego arbitror  
dictum propheticum conuenienter aptabitur  
fidelium populo quibus dicitur. Omnis alieni-  
gena qui est in uobis in medio domus israel.  
In circumcisus corde. & in circumcisus carne  
non introibitis in scā mea. Hoc est nimirum  
quod & dñs in euangelio dicit. qui credit in me  
mandata mea custodit. Et iterum qui audit  
uerba mea & facit ea. Et rursum. quid autem  
dicitis mihi dñe dñe. & non facitis quae dico.  
Fides ergo ubique fidem cum operibus iungit  
& opera sociare cum fide. cordis ita est circum-  
cisio. nihil sordium. nihil indignum sentire  
de fide. Carnis circumcisio est. nihil immun-  
dum. nihil contaminatum in opere gestisque co-  
mittere. Qui enim in altero horum in circum-  
cisus fuerit & immundus di uocibus ingredi  
prohibetur in scā. Ingitur tamen & alie-  
nigena in scā. qui non liceat ingredi secundum  
legem litterae nisi solis sacerdotibus. Datur  
uero nunc & alienigenis ingredi tamen  
ut sint fidei & actuum circumcisione purgati.  
Siquis autem nos ad superiores questiones reu-  
care contendat. Et iterum nobis replicet id



quod scriptum est de alienigena. quod ab eo  
 uolente ingredi in scā. non solum cordis & circum  
 cisio sed & carnis exigitur. Huius ita moleste per  
 sistenti obuertimus. Et nos illud quod hieremias  
 propheta dicit. ecce in circumcisae sunt aures urae.  
 Ostendat nobis iste carnalis circumcisio exactor  
 aurium circumcisio nem sensibilem & corporale  
 si potest. Sed certum est quod nullo pacto id  
 facere queat. Reuertetur ergo ad allegorias  
 necessitate compulsus. & dicit circumcisi aures  
 cum secundum salomonis monita non recipiunt  
 auditionem uanam. & cum opillantur ne audiant  
 iudicium sanguinis. & cum sepiuntur spinis non  
 recipiant obrectationem. sed ut soli uerbo di  
 piteant. & his quae ad aedificationem dicuntur.  
 Sit ergo talis & illa cordis qualis & haec aurium  
 circumcisio quae communiter uidetur exposita.  
 Hoc autem modo & in circumcisus labus dicitur.  
 qui non circumciderit blasphemiam. scurilita  
 tem turpi loquium de ore suo qui non posuerit  
 custodiam ori suo. & ostium circumstantiae  
 labus suus. Qui non etiam a uerbo otioso circum  
 ciderit os suum deniq; ubi dicit moyses ad dñm.  
 Pro uide dñe alium quem mittas. ego autem  
 tardus lingua. & gracili uoci sum. Ipsi in he  
 breis exemplaribus herese dicunt. ego autem  
 In circumcisus sum labus. Quod si hoc modo



quae superius diximus potest quis incircum-  
cisus uidere auribus. & Incircumcisus labijs.  
Cur non & similis forma incircumcisus prae-  
putio carnis suae dicatur autem qui erga  
naturalem coitus motum Inmoderatus & im-  
temperantius effluit. Circumcisus uero habet  
tur si qui in huiusmodi negotio legitime  
& in quantum posteritate sufficit utatur  
officijs. Verum quoniam de circumcisions ratione  
tractamus. & iam illud adiungere non absur-  
uidetur. quod iesus filius naue ex praecepto  
domini filios israel secundo circumcidisse cultris  
saxeis memoratur. Quia utique quantum ad  
litteram spectat impossibile factum uidetur.  
Semel enim cisis in carne praeputii quid in-  
nare possit. Secunda circumcisio quod offe-  
retur <sup>uero</sup> ihesu noster qui uere post moysen filius  
israhel in terram sanctam fluentem lac & mel  
in terram re promissionis inducit. Euidens  
est quomodo non semel sed secundo circum-  
cidatur credentium populum. Prima namque  
est eius circumcisio qui ab eis uel idolorum  
cultum uel commenta philosophiae per sua  
nisi exsecuit. Secunda uero utitur circum-  
cisione cum abhiesu ueteris hominis consuetu-  
dinem & passiones ac uitia carnis abscedit  
& tunc completur. quod in hiesu naue scripsit



Et hodie auobis abstuli obprobria aegypti  
 Obprobria namque aegypti secum circum fert.  
 Siqui in ecclesia positus & sub hiesu duce militans  
 aegyptios mores & motus animi barbaros ser-  
 uet. Marcion sane cum per allegoriam nihil pla-  
 cet Intellegi. quò exponat quod dicit apostolus.  
 circum prod esse omnino non inueniet. Sed  
 ne de singulis quidem quae inferuntur ulla  
 tenus reddere poterit rationem aduer-  
 sari. & cum in risione quadam innotare dñi  
 legis qui circumcisionem dederit. solet non  
 solum ipse. sed & omnes heretici qui uetus tes-  
 tamentum repudiant. una cum gentilibus  
 qui omnes aduersum dñm legis talia quaedam  
 uelud federata obtreccatione congeminant.  
 Stoici autem indicet aliquid mysticum cir-  
 cumcisio & figuram teneat allegoricam.  
 Ita ne oportuit cum poena & periculo par-  
 uulorum cum cruciatibus tenere. & adhuc  
 Innocentis infantiae figuram species & legis  
 enigmata conderentur. Sic non habeat  
 legis lator. ubi formas mysticas poneret nisi  
 Indecoratione uerecundorum locorum.  
 Et di omnipotentis lex aeternique testa-  
 menti signaculum non potuit nisi obscenis  
 membrorum partibus conlocari. Ita ne  
 bonus est dñs iste qui natum hominem statim



In primis nouale lucis auspicijs precipere uol  
nerari. Et sicut uobis uidetur ipse est & ar  
mae creator & corporis. Aut superfluo se plas  
masse partem illam corporis notat quod per  
modum mandat abscidi. Et per miserorum  
supplicia proprium emendat errorem. Aut  
quod necessario & utiliter fecit non recte man  
dat auferri. Tum praeterea secura esse do  
plurimos ad cultum suae religionis adduci  
maximum excircumcisione obstaculum nas  
citur. cum enim quod supplicium unus quisque  
declinat. tum etiam in risionem turpitudinis  
refugit. Unde magis Inpedimentum hoc  
religionis quod insigne ducendum est. haec  
& multa his similia. uel gentiles aduersum  
legis latorem. uel hereticis per strepunt.  
quibus respondere necessarium puto. Sed  
primo gentibus nemo sapiens ea in alius nota  
quae apud se honesta ducit & magna. Et enim  
circumcisio apud uos & gentiles. ita magna ha  
betur ut non passim uulgo ignobili sed solis  
sacerdotibus. et his qui inter ipsos electioribus  
studij mancipati fuerint credatur. Nam  
apud aegyptios qui in super institutionibus  
uestris et uetustissimi habentur & eruditis  
simi a quibus prope omnes reliqui ritum  
sacrorum & ceremonias mutati sunt apud hos



Inquam nullus. aut geometricæ. aut astronomiæ  
 quæ apud illos præcipua ducitur. Nullus  
 certe astrologiæ & geneseos qui nihil diuinius  
 putant secreta rimabatur nisi circumcisione  
 suscepta. Sacerdos apud eos haruspex. aut  
 quorumlibet sacrorum minister uelut illi  
 appellant propheta omnis circumcisus est.  
 Litteras quoque sacerdotales ueterum ægip  
 tiorum quas autem troglifas appellant. Nemo  
 discebat nisi circumcisus. Omnes hierofantes  
 omnes uates. omnes caeli ut putant inferniq;  
 mistes. & conscius apud eos esse non creditur  
 nisi fuerit circumcisus. Hoc igitur apud nos  
 turpe & obsecnum iudicatis. quod apud uos  
 ita honestum habetur & magnum ut caelestium  
 infernorumq; secreta. non nisi per huiusce  
 modi insignia enuntiare uobis posse credatis.  
 Quod si apud uos per tot & tantis secretorum  
 uestrorum causis quæ ministra circumcisione  
 per aguntur. Necessarium erit rationem  
 quaeri & talem quæ contemni non debeat.  
 Necumea cunctae pariter uobis caeremonie  
 subruantur. Cur non id etiam apud nos  
 fieri posse speretis. Verum si replicetis  
 historias uestras inuenietis. non solum ægip  
 tiorum sacerdotes. & hierofantes usus esse  
 circumcisione. Sed & arabes & ethiopes & foe



nices. Alios quoque quorum studia erga huius  
cermodi superstitiones nobiliter uiguerunt. Hanc  
sufficien ter dicta sint aduersum gentiles  
quibus de legis nostrae misteris loquendum  
aptius non erat. Nunc iam nobis ad eos sermo  
dirigatur qui xpo quidem credunt. Sed legem  
non recipiunt & prophetas. Fatemini sine dubio  
uerum esse quod scriptum est in epistola petri  
Quod redempti sumus non corruptibili pretio  
argenti & auri. sed pretioso sanguine unigeniti  
Si ergo pretio empti sumus. ut etiam paulus  
ad stipulatur ab aliquo sine dubio empti sumus  
cuius eramus serui. qui & pretium poposcit  
quod uoluit. ut de potestate dimitteret quos  
tenebat. Tenebat autem diabolus cui distracti  
fueramus peccatis nostris. Poposcit ergo pre-  
tium nostrum sanguinem xpi. Verum donec  
ihu sanguis daretur qui tam pretiosus fuit.  
ut solus pro omnium redemptione sufficiens  
necessarium fuit eos qui instituebantur in le-  
ge. unum quemque pro se uelut ad aemunda-  
tionem quandam future redemptionis san-  
guinem suum dare. Et propterea nos com-  
pletum est pretium sanguinis xpi. non necesse  
habemus pro nobis ipsis pretium. id est san-  
guinem circum usionis offerre. Si uero cul-  
pabile uobis uidetur quod dicitur legis inferri uide-



Infantibus uulnera & sanguinem fundi.  
 hoc & iam in xpo factum culpatis qui & octaua die  
 circumcisus est & uulnera passionis suscepit.  
 Et cum crucis poena sanguinem suum fudit.  
 Quod uero circumcisionis horrere difficilis uobis  
 ad religionem uidetur accessus. Difficilior  
 multo uidetur ingressus ad euangelium. ubi  
 non partem exiguam corporis sed ipsam quis  
 animam ponere iubetur. Sed exempla marti-  
 rum secundum uos prohibebunt homines acce-  
 dere ad fidem. An eo magis creditur firmare  
 legio. quod nihil remissum. nihil delicatum  
 pollicetur aut molle. Quod & si nihil aliud  
 sacramenti figuraliter circumcisio tenet. quid  
 et absurdum. si ad discretionem ceterarum genti-  
 um populus qui sub lege dei instituebatur pro-  
 prium aliquid gestare & insigne. & sine necessaria  
 uisa est partis alicuius amputatio quod tam  
 conueniens fuit. quam eam inuenire quae  
 uidebatur obscena & illa auferre quorum  
 diminutio nihil ad officium corporis impe-  
 dit. Quod uero dicunt. quia necessaria  
 non erat pars illa membri fieri a creatore  
 non debuit. sine necessario facta est non debet  
 auferri. Erunt ergo culpabiles qui continen-  
 tiae & uirginitatis obtentu necessarius natu-  
 rae officis non ministrant. et erunt cogendi



ad nuptias qui secundum euangelii leges  
semetipsos castrauerunt propter regnum  
di. habentes exempli huius auctorem cum  
multos alios scorum tum etiam ipsum dnm ihu  
In summa uero dicendum est. quod sicut multa  
necessaria erunt baptismata ante bap-  
tismum xpi. & multae purificationes. ante quam  
purificatio per spm scm fieret. Et multae hostiae  
ante quam una hostia agnus immolatur seme-  
t ipsum patri offerretur hostiam xpi. Ita etiam  
multis circumcisionibus opus fuit usque una  
in xpo circumcisio omnibus traderetur. et  
multorum sanguinis effusio praecessit usque quo  
per unius sanguinem omnium redemptio  
fieret. haec quidem nobis ad praesens occurrerent  
de circumcisionis ratione potuerunt quae  
tamen a lege dicta sint. ut si qui melius & rati-  
onabilius dixerit illa magis quam haec nra  
teneantur. Igitur qm frequens est apostolo  
iste tractatur quo per singulos quosq. binos  
homines esse designat. quorum alterum exte-  
riorem nominare. alterum interiore solent  
eorumq. alterum secundum carnem. alterum  
secundum spm dicitur. Opinior ex illis instru-  
tus quae in genesi scripta sunt. ubi alius ad ima-  
ginem di factus. alius de limo terre factus refer-  
tur. Et hos ipsos nunc alium in manifesto. alium



In occulto dñi uocat. Sciendum est quod quae  
 ab interiore homine Initium sumunt. & usq;  
 ad exteriorem per ueniunt. Alia uero ab ex  
 teriore homine inchoata per ueniunt usq;  
 ad interiorem. Quod autem dico tale est.  
 si castitas ab interiore homine sumat exordiū  
 per uenit sine dubio usq; ad exteriorem. Neque  
 enim fieri potest ut si ante quis non moechetur  
 in corde moechari possit in corpore. Sed non  
 continuo si quis ab exterioris hominis Incipiat  
 castitate per uenit & iam ad interiorem con  
 tinentiam. ut si non moechatur in corpore  
 nec in corde moechatur. secundum haec ergo  
 circumcisio interioris & exterioris hominis  
 allegoricis legibus intellegatur. cum iam  
 neq; interior ille concupiscit in corde  
 neq; exterior iste concupiscit in corpore  
 in corpore. ut circumcisus dicatur in carne  
 ille quem apostolus dicit. iam non esse in car  
 ne sed in spū. Et qui natus carnis per spm  
 mortificat. uerum quō qui circumcisus  
 est aliquam carnem perditam dedit. aliqua  
 seruauit in colomem. In eo quod per id illam  
 carnem significari puto de qua scriptum est  
 omnis caro foenum. & omnis gloria eius  
 ut flos foeni. Caro autem quae seruatur  
 & in colomis per manet puto quod formam



teneat illius carnis de qua dicitur. quod  
omnis caro uidebit salutarem di. Sed opus  
est auribus quae audire possent. quae sit caro  
quae pereat. & quae sit caro quae uidebit  
saluatorem di. Quae post depositionem car  
nis praepuui salua permaneat. cum illa  
ut flos foeni deciderit. Quod qui intellexerit  
Inueni & Ingentium misteriorum formas  
In circum cisionis ratione per missas. & In ueni  
& eum qui in occulto iudaeus est. & qui in ter  
ore homine circum cisuus est tamen praestat  
& eminentiorem esse illo qui secundum car  
nem iudaeus est. quantum praestat & emi  
nens iudas ille quem conlaudant fratres sui  
Et qui dormiuit ut leo & ut catulus leonis  
suscitatur. Ille iudas qui ex femoribus iacob  
secundum carnem natus est. Quid igitur  
amplius iudaei. aut quae utilitas circum  
cisionis multum per omnem modum. Pri  
mum quidem quod credita sunt illis eloqui  
di. Quid enim si quidam illorum non credide  
runt. num quid incredulitas illorum fidem  
di euacuabit. absit. Fiat autem di uerax omnis  
aui homo mendax. Sicut scriptum est. ut iustifi  
ceris in sermonibus tuis & uincas cum iudica  
ris. In hac epistola paulus uelut arbiter  
quidam inter iudaeos residens & grecos uel est



qui ex gentibus credunt. utrosq; ad fidem  
 xpi ita euocat & inuitat. ut neq; iudaeos offen-  
 dat paenitus destruendo iudaicos ritus neque  
 gentibus inicit desperationem confirmando  
 obseruantiam legis & litterae. Et siue de repro-  
 missionibus memor & siue dōe poenis ad utrū  
 q; populū diuidit uerbum. ut uerbi gratia  
 cum dicit. his autem qui ex continentiae  
 sunt & qui diffidunt quidem ueritati  
 credunt autem iniquitati. ira & indigna-  
 tio tribulatio & angustia in omnem ani-  
 mam hominis operantis malum iudaeo  
 primum & greco ista de pōnis de promissioni-  
 bus uero subiungit. Gloria autem & honor  
 & pax omni operanti bonum iudaeo pri-  
 mum & greco. Rursum de gentibus dicere  
 uidetur. qui cum enim sine lege peccau-  
 erunt per legem iudicabuntur. Rursum  
 uero gentes subleuans dicit. cum enim  
 gentes quae legem habent naturaliter  
 quae legis sunt faciunt hilegem non haben-  
 tes ipsi sibi sunt lex qui ostendunt opus  
 legis scriptum cordibus suis. & cetera.  
 Et iterum sermonem conuertit ad iudaeos  
 dicens. Si autem tu iudaeus cognominaris  
 & requiescis in lege. & reliqua. usque ad eū  
 locum ubi dicit. Nomen dī per uos plas



phematur inter gentes & ne uideretur nimis  
esse in increpationibus iudaeorum dicit circum-  
cisio prodest si legem custodias. Sed iterum ne-  
geret eos qui nimiam in circumcissione gloriam  
ponunt. Addidit. Si autem praeuaricator sis  
legis circumcisio tua praeputium facte est.  
Ut autem paululum & eorum qui ex gentibus  
credunt animos alleuare subiungit. Si autem  
praeputium iustitiae legis custodiat non ne  
praeputium illius in circumcissione reputabitur.  
Atque ut ualidius erigeret animos gentium & sci-  
rent posse se si legem perfectius obseruarent  
etiam meliores effici iudeis dicit. & iudicabit  
id quod ex natura est praeputium legem per-  
ficiens te qui per litteram & circumcissionem  
praeuaricator es legis. Verum quoniam sciebat  
multas in lege & prophetis esse reprobatio-  
nes quae ad iudeos fieri uidentur ne possent  
desperare gentes tanquam qui nihil socie-  
tatis in conscriptis reprobationibus habebant.  
Docet eos quod secundum mysticam rationem  
etiam ipsi iudei fiant & habebant circumcir-  
cissionem. propter ea dicit. non enim qui in ma-  
nifesto iudeus est. Neque quae manifeste  
in carne est circumcisio sed qui in occulto iudeus  
est circumcissione cordis in spiritu non littera  
cuius laus non ex hominibus sed ex deo est.



Verum quoniam in his omnibus superiorem quo  
dammodo causam gentium fecerat.

Rursum uelud quae relis eorum qui ex cir-  
cumcisione sunt. occurrentis proponit sibi  
ipsi autem quae in praesenti capituli conti-  
nentur dicens. Quid ergo amplius est iudaei.  
aut quae utilitas circumcisionis multum per  
omnem modum. Si ergo inquit is qui in ma-  
nifesto iudaeus est. & quae manifeste in carne  
est circumcisio non reputatur. Sed qui in oc-  
culto iudaeus est. & circum cordis quae sit  
in spiritu ipsa est uera circumcisio. Dices mihi  
quid amplius est in his iudaeis qui hac appella-  
tione censentur uel quae in corporali circū-  
cisione habetur utilitas. Ad haec uideatur  
in utrumque populum minus iustus arbiter  
refecisse pronuntiat. Quid amplius habe-  
bat iudaeus & ea quae in carne est circum-  
cisio. Et dicit habere amplius multum per  
omnem modum. Quid autem multo sit  
amplius. subiungit. primo inquit quod cre-  
dita sunt illis eloquia dei. quam & gentibus  
nunc credantur eloquia dei. Sed illis ait.  
primo sunt credita. requiro tamen quid  
est quod dicitur. primis eis credita esse elo-  
quia dei. utrumne delictis hoc dicat & li-  
bris an de sensu & intelligentia legis.



Videmus enim plurimos iudaeorum ab infantia  
usq; ad senectutem semper discentes & numquam  
ad scientiam ueritatis peruenientes. Et quomodo  
uidebitur uerum esse quod dicitur quia amplius  
habeant aliquid habeant in eo quod pri-  
mis eis eloquia di credita sint. In quibus non in-  
tellegunt neque quae locuntur. neque de quibus  
affirmant. Si uero sapiens ille dicitur  
secundum salomonem qui intellegit quae  
ex proprio ore sunt & qui in labiis portat in-  
tellectum de mori si & prophetis ceterisque horum  
similibus haec intellegenda sunt. dici quibus  
credita sunt eloquia di. quia & ipsos iudaeos  
fuisse & habuisse circum cisionem non potest  
dubitari. Sed & si quis apud eos sapiens & intel-  
legens auditor & mirabilis consiliarius fuit.  
quos auferre dicitur dñs ab hierusalem offensa  
impietatibus populi. Sic enim dicit esaias.  
Ecce dominator dñs sabaoth auferet ab hieru-  
salem & iudaea. Et post aliquanta & propheta  
Inquit & aestimatorem & seniore[m] & quinque-  
genarium & mirabilem consiliarium & sapi-  
entem architectum & prudentem auditorem.  
His ergo talibus aestimanda est primis eloquia  
credita esse diuina. Et in his facendum est  
fuisse amplius multum per omnem modum.  
Sed & si qui alii his similes fuerunt. sicut in



norum libris apostolus memorauit scriptum.  
 Reliqui mihi septem milia uirorum qui non curua  
 uerunt genua bachal. Sed & ipsi apostoli xpi.  
 et ipse uas electionis paulus ex iudaeis & ex circum  
 cisione ueniens amplius habebat his quos docebat  
 ex gentibus per omnem modum. credita namque  
 sunt eloquia di. Considerandum est quia non  
 dixerit litteras esse creditas sed eloquia di. Unde  
 uia nobis datur intellegendi quod his qui legunt  
 & non intellegunt & non credunt littera sola sit  
 credita illa de qua dicit apostolus. Quia littera  
 occidit. eloquia autem di illis sint credita. qui intel  
 legentes & credentes his quae moyses scripsit cre  
 dunt & xpo. Sicut & dñs dicit. quod si credidisse  
 tis & ipsi moysi crederetis utiq; & mihi de me  
 enim ille scripsit. Sed isto amplius habeat iudae  
 us in litteris habeat aliquid & in eloquiis di.  
 Numquid poenitus reliquerunt hi qui ex genti  
 bus ueniunt ad xpm. an & ipsis est ubi habeant  
 aliquid amplius. Audi dñm dicentem ad centu  
 rionem ex gentibus credentem. Amen dico uobis  
 nec in iert tantam fidem inueni. Uide ergo ubi  
 uenitur ad fidem quantum habeant amplius  
 gentes. De quibus in alio loco dñs dicit. quod ueni  
 ent ab oriente & occidente & a quatuor uentis  
 terrae & recumbent cum abraha. isaac. & ia  
 cob in regno di. filii autem regni eicientur



Intenebras exteriores. Ubi ergo ad leges uentur  
& litteras habent iudaei amplius multum per  
omnem modum. Requiritur sane est si  
etiam samaritanis dicendum est primis credita  
esse eloquia di. Quo quidem etiam apud ipsos  
lex moysi seruari uidetur. Sed illis ergo ne ipse  
quidem litteram quae occidere dicitur credita  
dixerim. Dicit enim de eis propheta. Uae his  
qui spernent montem sion & confidunt in  
montes samariae. ipsi quippe se alienos alit  
teris di faciunt repudiantes prophetas. Sed  
& hereticis qui iniquitatem locuntur. In excel  
sum. & qui impiaetate sua diuidunt unitatem  
ditas. et quae legem ab euangelis separant. Non  
dixerim credita esse eloquia di pro eo quod diu  
apud eos uolumina relegi uidentur. Sed quia  
nihil in his sentiunt spiritale nihil do dignum  
solam apud eos quae occidit habere litteram  
dixerim. Verum si forte iudaei nolent recipere  
apostoli nostri sententiam quod dicit quia  
littera legis occidit. & iniuriam putent legi  
fieri si secundum litteram sperni uideatur.  
Reuertamur ad ipsum moysen & uideamus ipse  
quam magni fecerit litteram legis. Quia  
q. accepisset tabulas lapideas inscriptas digi  
di. Tamen honoris detulit litterae legis ut  
leceret de manibus suis tabulas & comminuerit



quidem digito di scriptas. nec tamen pro hoc impi  
 etatis culpa notatus sit. Uides ergo quod non  
 solus paulus spernit litteram legis sed multo ante  
 cum morises & spreuit & abiectit & contriuit lit  
 teras legis. hoc sine dubio iam tunc designans  
 quod honor & uirtus legis non esset in litteris  
 sed in spu. Sed & dñs in euangelio cum dicit ad iu  
 daeos loquens auferetur a uobis regnum di  
 & dabitur genti facienti fructum eius. Puto  
 quod sensum legis regnum di dixerim qui ablati  
 est a iudaicis manentibus apud illos solis litteris  
 legis & datus est gentibus qui possint per fidem  
 fructum sps facere quae cum ita sint. Cur tam  
 ignaui & desides sumus ut non abiecta omni ma  
 litia cum simplicitate & puritate cordis ad sus  
 cipiendā di eloquia. properemus & capiendum  
 de eis sensum xpi. quippe cum audiamus in his  
 esse regnum di. Certe unus quisq. pro uiribus  
 capiat eloquia di quae sunt sapientia quam  
 loquitur apostolus inter perfectos. Qui uero  
 ad hanc idoneus non dum est suscipiat eloquia  
 di in quibus agnoscat nihil amplius quod xpm  
 ihm & hunc crucifixum. qui nec hoc potest in eo  
 suscipiat eloquia di. ut lacte utatur & non cibo  
 forti. Si uero adhuc infirmatur in fide eloquia  
 di in holeribus sumat. tamen est ut omnes  
 communiter nouerimus eloquia di esse eloquia



casta & argentum igne examinatum terrae purgatum  
septuplo. Id est ut incastitate & seitate cordis & cor  
poris diuina seruemus eloquia. Credita sunt ergo  
primis illis quibus supra diximus eloquia di. sed  
quidam ut dicit. non crediderunt siue dō siue elo  
quius di. Vides quod qui non credunt ipsi sunt se  
cundum carnem. De quibus & alibi dicit. Anima  
us homo non percipit quod sunt spūs di. Stultitia  
est enim illi sed horum incredulitas non euacuat  
fidem di. Fidem di uel ea intellegimus quam fidem  
habet dūs his quibus credit eloquia sua. uel eam fidem  
qua credunt dō hi qui ab eodem eloquia diuina sus  
cipiunt. Commonemur ergo ut infidelitas eorum  
qui uel non accedunt ad fidem uel decidunt ex ea.  
Si forte inrideant nos opera fidei agentes. uel eam  
leiuamus uel cum misericordias facimus cum  
studis & legidō operam damus. Uel & iam cum  
pro martirio xpi tormenta sufferimus. me  
minerimus semper quod infidelitas eorum  
fidem di quae in nobis est non euacuat. Post haec  
quod sequitur minus quidem compositae uideatur  
adiunctum. Dicit enim fiat autem dūs uerax  
omnis autem homo mendax. Sicut scriptum est  
ut iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum  
iudicaris. Iamen aliquadā circum flexione  
superioribus id aptare temptabimus. Licet  
Inquit non crediderint quidam iudaeorum



De infidelitate tamen eorum dicendum est quod  
 dñs quidem solus sit uerax. omnis autem homo sit  
 mendax. Qui etiam si qui iustus est necesse  
 est tamen ut in aliquo ueritate decidat quā  
 in omnibus seruare. humane naturae poene impos-  
 sibile est quod ergo omnis homo mendax est. Prop-  
 terea ut iudaeorum quidam ut homines menda-  
 ces non crediderunt. Nam quod omnis homo  
 mendax est necessario in die illa cum ad iudicium  
 uenerit dñs cum hominibus solus ipse iustificabi-  
 tur in uerbis suis. Ipsius enim uerba in omnibus  
 uera quae uerba sunt ueritatis. Quod autem  
 dñs ad iudicium ueniat cum hominibus propheta  
 dicit. Venite & de iudicemur dicit dñs. Et ipse  
 dñs ad iudicium ueniet cum senioribus popu-  
 li. Et iterum memento te & iudicemur dicit  
 dñs. haec autem introduxit apostolus obseruans  
 illam obiectionem quam sibi in alio loco proponit  
 ubi dicit. Si autem iniustitia nra iusticiam dñi com-  
 mendat. de qua cum ad locum eius uentum fuerit  
 requiremus. Nunc igitur uideamus quid est  
 quod dicit. fiat autem dñs uerax. omnis autem homo  
 mendax. ita enim in grecis exemplaribus habetur.  
 nā in latinis sit pro fiat legunt. Primo igitur hoc  
 sciendum est. quot quot dixit fiat. non imperatiuo  
 modo dicit. Stultum enim est si putetur impe-  
 randum esse dō ut uerax fiat. Sed ut dicimus



fiat uoluntas tua sicut in caelo & in terra. uel  
iterum dicimus fiat pax in uirtute tua non imp  
rantes sed optantes. immo potius pronuntiantes  
& ceteri quod non potest pax fieri nisi in uirtu  
te di. Ita & hic uelud pronuntiantis sermo accep  
endus est. fiat. autem dñs uerax omnis autem ho  
mendax. Sed & hoc sciendum est quod sermo  
est. omnis homo mendax de psalmo cxu assumptus  
est ubi dicit. ego autem dixi in excessu meo omnis  
homo mendax. Verum ad euidentius inluminan  
dum apostolus sensum non uideatur legent  
bus onerosum si psalmi ipsius continentiam uer  
assumi testimonium breuiter breuiter expona  
mus. Videtur ergo mihi talem quendam pro  
pheta nuntiare sensum. cum multa sint inquis  
apud homines dogmata. & multi de ueritate  
inquisitione philosophentur. Cumq; oportere  
in his omnibus questionibus praecedere filium  
Alii quidem qui non prius credentes quaesierunt  
non inuenerunt. Ego autem quod credidi antea  
quam crederem idcirco quod quaerebatur  
inueni. et non solum inueni. sed & locutus sum  
& annuntiaui populis quam inueneram ueritate  
Nec tum inuenta ueritate elatus sum in sapientia  
neq; inflatus in scientia mea. sed eo magis humil  
tus sum cum agnoui & intellexi dñm esse qui  
docet hominem scientiam. Deinde consider



quae homines & quanta uel inter philosophos  
 uel inter ceteros barbaros de ueritate locuti sunt. & quia  
 multo labore multa dicentes nihil inuenerint quia  
 non crediderunt ante quam quaererent. Considerans  
 omnia eorum uel dicta uel scripta & in excessu men-  
 tis effectus id est stupore cordis. ac tonitus quod  
 omnia illa philosophorum uoluminaque splendi-  
 da & praefulgida uidebantur oratione composita  
 procul a ueritate consistere in excessu & in stupore  
 mentis effectus dixi. omnis homo mendax. Ego uero  
 cui haec ostenderat dñs ingratus non fui. sed cogitavi  
 & quaesivi apud memetipsum quid pro hoc quod  
 mihi dñs prestauit scientiam ueritatis dño repen-  
 derem muneri intellexi tamen quod natura illa  
 aeterna & omnium domina nullius indiget. Unū  
 ergo inueni solum quod me offerre oportere & dñs  
 id est ut crederem de eo quod numquam possit ab ho-  
 mine aliquid accipere sed semper dare. Et ideo dixi  
 calicem salutaris accipiam uelut si responderet  
 potest calicem quem ego bibiturus sum bibere & di-  
 cere & possim dñe. Sic ergo calicem passionis tuae  
 libenter & tota uoluntate suscipiam. & ut calicis  
 tui id est passionis gratiam ad finem usque con-  
 seruem. non meis uiribus agam sed nomen dñi  
 inuocando. Pretiosa est enim aput te mors quae  
 proprietate ac ueritate suscipitur. Secundum  
 hoc igitur in apostolicis dictis accipiendum est.



Omnis homo mendax siue is qui in legis littera sine  
fide confidit. siue his qui in quibuslibet dogmatibus  
& litteris gloriari. Sed obiecitur nobis si omnis  
homo mendax est. ipse paulus quia homo est erit  
mendax. Sed & dauid qui haec dixit quia homo fuit  
si omnis homo mendax est erit & ipse mendax. hoc  
ipsum falsum quod dicit. omnis homo mendax quia  
mendacem se necessario cum ceteris hominibus  
pronuntiat. Et si mendax est utiq; non erit uerum  
quod amendace dicitur. quod omnis homo fit  
mendax. uidetur ergo sermo eius incurrisse insillor  
mum. qui dicitur a porus. idem in substantibus qui  
& falsum appellatur. Sed si redeamus ad interior  
scripturae intellectum. Inueniemus quod omnes  
prophetae. uel apostoli ex illis sint ad quos sermo  
fit dñi in euangelio. non homines pronuntiat esse  
sed deos. Sic enim dicit. Quod si illos dicit deos  
ad quos sermo dī fit. & non potest solum scriptura  
Quia ergo & dauid tamquam prophetam. & ad pau  
lum tamquam apostolum sermo dī factus est.  
Sine dubio non erant homines. sed dū ad quos ser  
mo dī factus est. Igitur quod non erant homines  
sed dū. Uerum quod de hominibus ceteris pronun  
tiant ad quos sermo dī factus est quod omnis homo  
mendax sit. Sed & quod sequitur nihil hominis  
de psalmo quinquagesimo. assumptum est. id est  
ut iustificeris in sermonibus tuis. & uincas



cum iudicari. Est autem psalmo integer. et qm  
 grandis excessus est. ut ab initio psalmi repetamus  
 breuitatis causa hunc tamen modo quem in medio  
 posuimus discutiamus sermonem in quo statim  
 In primo haec difficilis uidetur explanatio. Si em  
 historiam sequamur quae in praetitulacione psalmi  
 scripta est ibi refertur. Perempto ui cethco uxore  
 eius accepisse dauid. Quo ergo dicit. tibi soli peccaui.  
 Cum utique & in ipsum uri peccauerit & in propin  
 quos eius. Sed & in ipsam ber sabeae atq; omnem do  
 mum eius cum intulisse maculam uidetur ad uteri.  
 Sed sciendum quod semper praetitulacionis historiam  
 psalmi continentia sequitur. ut in plurimis psal  
 mis qui obseruati inueniunt. & ut exempli dixerim  
 causa. xlii. psalmi praetitulacio. in finem inquit  
 puero dñi dauid qui locutus est uerba cantici huius  
 indie qualibet auit eum dñs. de manu omnium  
 Inimicorum suorum & clamauit saul. & dixit. Con  
 tinentia uero psalmi longe aliud quod praetitu  
 latio continet. quae enim fundamenta montium  
 commota sunt. aut quomodo tremit facta est terra  
 cum pugnaret dauid aduersus inimicos suos. Aut  
 ibi refertur caligo sub pedibus dñi fuisse. uel ibi  
 indicatur ascendisse super cherubim. & uolasse super  
 pennas uentorum. & cetera poene omnia quae  
 conueniunt. Videndum est ne forte mulieris  
 In praetitulacione per figuram idcirco facta mentio



fit. ut sub hac appellatione intellegatur. aliqua  
talis mulier. uel qualis describitur illa fortis  
quae duplices clamides fecit uiro suo. uel certe  
his contraria ut fuerunt ille quae dicuntur  
declinasse cor salomonis. Ut aedificare & aras gen-  
tium & idola quae utique in allegoriae sumptae  
non sunt ex diuina sapientia. Sed ex illis quae sunt  
ei contrariae id est aliene ad deum sectae. Talis ergo  
& haec uriae cethei uiri alieni ab ipso intellegi  
potest. quam positus in superioribus dicit. In-  
spexit lauantes in munditias suas aquis & fortis  
suas diluere. uolentem eam quae desiderauerit  
& acciperit. Sed quod non fuit uoluntas domini alie-  
nas aueritate dei sectas intro duci in domum  
dauid. Prima eius natiuitas & primus fructus  
extinguitur. ut secunda pro genite rex de alienigena  
sapiens nasceretur. Sed longum est horum figurarum  
& enigmata persequi. Illud tamen quod ad rem  
pertinet breuiter prosequemur. Cui inquit  
multa subtilitas sit in ueritate sectarum & in  
sensu secundum deum sit. qui uero alienus ad deum  
intractatibus & disputationibus sapientiarum  
nullius scit scire uel diiudicare. nisi solus deus  
& solus potest comprehendere sapientes in astu-  
tia sua. Ideo tibi soli peccaui & malum coram te  
feci. Quod ceteri omnes ut pote animales homi-  
nes nequi spiritualis sum. & iam si erraui diiudica-



non possunt. quod spiritalis iudicat omnia ipse  
 uero a nemine iudicatur. Sed quia addit paulus  
 spiritalis & dicit. quia autem di iudicat me dñs est.  
 Hoc sciens & dauid quod solus dñs est. qui spiritalem  
 di iudicat. uel propheta idcirco dicit. tibi soli pec  
 caui. a quo solo possum di iudicari. Nam humana  
 dies di iudicare non potest spiritalem. Sed & quod  
 sequitur adhuc respicit sensum. ut iustificeris  
 in sermonibus tuis. & uincas cum iudicaris. Judi  
 catur namq; dñs in disputationibus sapientium.  
 dum alii hoc modo. alii alio & diuerse singuli de dō  
 sentiunt. Ipse igitur uicit eos quid se iudicant.  
 cum errantibus cunctis suam de se. quomodo uel  
 qualiter credendus. ac uenerandus sit reuelat  
 ipse sententiam. Sed sufficiat huc usque spatia  
 secundi uoluminis esse producta. Nescio quo  
 & enim pacto dum piget omittere. si qua expla  
 nationi necessaria suggeruntur. euolumur  
 abreuitate quam si res pateretur. lectoris fas  
 tidio consulentes magnopere seruare con  
 peremus. **FINIT LIBER SECUNDUS.**  
**INCIPIT LIBER TERTIUS:**  
**S**I AUTEM IN IUSTITIA NOSTRA  
 di iustitiam commendat. quid dicimus. Num  
 quid iniquus dñs qui infert iram secundum homi  
 nem dico; absit. Alioquin. quomodo iudicabit dñs  
 mundum. Si enim ueritas dñi in meo mendacio



abundauit in gloriam eius. quod adhuc elego tamquam  
peccator iudicor. & non sicut blasphemamus & sic  
dicunt nos quidam dicere. quod faciamus mala & sic  
nunt bona quorum damnatio iusta est. Multum  
fortassis inconsequenter uidebitur ordo dicendi  
per omnem paene textum huius epistole apostolo  
paulo digestus. Dum sermo eius nunc aduersum gen-  
tes dirigitur. nunc pro gentibus temperatur. Et  
rursum aduersum iudaeos. & iterum de iudaeis  
aut & iam pro iudaeis ponitur. Et ex ipso alios  
quidem dicit laude dignos. alios uituperat; qua-  
rursum sensuum uarietas. extra lineas eum  
propositae actionis putabitur abdixisse uel  
utitur exclamatio nequa ait. Sic autem dicit  
uerax omnis homo mendax. uelut & iam ea quae  
consequenter adiungit. cum dicit. Si autem in-  
quitas nostra iustitiam dei commendat. & reliqua.  
Ut per de excessu autem in excessum uideatur de-  
sus. Sensum eius multo celsiorem quam humilis  
artis ratio habere creditur inuenimus. Per con-  
nem namque epistole huius textum docere uult  
quae fuerit uel ante aduentum christi salus secun-  
dum legem uiuentibus uel quomodo per salu-  
toris aduentum. rursum ex incredulitate in  
salus gentibus conferatur. Et rursum quod non  
ex integro gentes nisi qui crediderunt ueniunt  
ad salutem. neque ex integro obiecit in. sed



quiae credentium salus fiant. Et ideo confusus  
 ut dixi uidetur ordo dicendi dum diuersitates  
 credentium & non credentium patris utriusque  
 persequitur. In quibus necessario sermonem  
 conuertit & addit ut in his omnibus assumptio  
 num repulsionumq; differentis. Uera qui  
 dem & iusta di doceat esse iudicia. Multum aut  
 in hominibus abundare mendacii. & ideo dicit.  
 Sit autem dñs uerax omnis homo mendax. Sicut  
 scriptum est. ut iustificeris in sermonibus tuis  
 & uincas cum iudicaris. De quibus pro ut potui  
 mus in superius diximus. Ad hoc ergo nunc uident  
 posse sibi e contrario uerisimiliter obiecti. Quod  
 siat dñs uerax sit. mendacem esse omnem hominē  
 necesse est. Et iustitia di per hominum iniusti  
 tiam commendatur. Iniustus uidebitur dñs  
 qui iram hominibus inferat cum per hominum  
 iniustitiam suam <sup>iniustitiam</sup> uideat approbari. Si enim  
 nostra hoc est hominum iniustitia di iustitiam  
 commendat. Non utiq; poenā digni homines  
 uidebuntur. per quos iustitia di probabilior habe  
 tur & clarior. Sed absit inquit ut hoc ita recipi  
 amus iniquum uideri dñm qui inducat iram  
 aduersum homines. Quomodo iniustus puta  
 bitur qui iudicat mundum. Cum in ipso nomine  
 iudicii ostendatur nihil sine iudicio facere.

" parus"

at iustiora

Ubi autem iudicium est constat esse iustitiam.



120  
Iustitia namque & iudex & iudicium nominatur.  
Si ergo ut iniusti inquit nos affirmare confingunt  
ueritas dī in meo mendatio abundauit. super-  
fluo ego tamquam peccator iudicor, sed illud magis  
uidebitur in quo blasphemant. nos inquit, quae si  
hoc uideamus dicere ut si ueritas dī in hominum  
mendatio magis ostenditur & iustitia eius per ho-  
minum iniustitiam comprobatur. Faciamus ergo  
nos mala ut ex malis eueniant bona. Et mentia-  
mur nos ut ex nostro mendacio ueritas clarescat.  
Sed haec quidem de nobis confingunt blasphemantes  
nos quod quae si ex ipsius assertionis nostrae consequen-  
tia haec dicit uel consequi uideantur quod ratio  
dogmatis nostri omnino non recipit. qui iustum  
& uerum intellegimus iudicem dīm. Sciendum  
sane est. quod in quibusdam & iam grecis exemplari-  
bus sic inuenitur. Numquid iniquus dī qui infer-  
ram aduersum homines. & magis secundum  
sensum uidebuntur quae diximus conueni-  
Secundum uero quod in latinis exemplaribus  
& nullis grecorum inuenimus. Numquid  
Iniquus dī qui inferit iram secundum hominem  
dico absit. Ita intellegendum uidetur hoc quod  
dicitur iniquus dī qui inferit iram pro eo quod  
iniustitia nostra iustitiam dī commendat. nos  
secundum dīm. neque secundum sapientiam dī  
dicitur. Sed secundum hominem & secundum



hoc quod dicitur. omnis homo mendax. haec autē  
 diximus ipsum adhuc ordinem sermonum & dic-  
 torum consequentiam per tractantes. ut diuisio  
 ipsa uerborum apertiore nobis faceret ad intel-  
 legēdū uiam. Nunc uero iam qualis in his ser-  
 monibus habeatur sensus secundum dignationē  
 apostolicam requiramus. Omnis disciplina ex pro-  
 priis & aduersis uel contrariis constat; uerbi gratia  
 medicina scientiam non solum sanitatis sed & lan-  
 guoris proficitur. Et quam uis sanitatis studiū  
 gerat non potest tamen nescire quae languoris  
 sunt. Similiter & prudentia per boni & mali  
 scientiam constat & temperantia quae edigenda  
 & cauenda sunt nouit. Et fortitudo ne ignorat  
 quae ad formidinem expectant; ita & iniustitia.  
 Scire uolumus quid est iustitia; necesse est nos  
 scire: & quid est iniustitia. Cum autem ad plenam  
 scientiam iniustitiae coeperimus; ex ipsa quid sit  
 & iam iustitia cognoscemus. Cum enim claruerit  
 quid sit iniustum; consequenter quid etiam iustum  
 sit apparebit; & quā iniustitia in dō est. cuius natura  
 humano sensui inaccessa est. Iniustitia uero  
 in nobis hominibus; uel & iam in una quaque rati-  
 onabili creatura habetur. Ex hac nostra inuis-  
 titia quae nobis nota est; illa quae nobis uelut  
 inaccessa est & incomprehensibilis dī iustitia cog-  
 noscitur & commendatur & uelut ex contrario



107  
contrarium proditur. Notat igitur apostolus  
paulus imperitiam eorum qui inconsequenti  
obiciunt quaestionem putantes. Iniquum  
esse dñm qui iram hominibus iudicat. pro eo  
quod iustitia eius ex nostra iniustitia commen-  
detur. Ignorantes autem non peccatorum me-  
rorum beneficio sed ipsius rationis fieret con-  
sequentia & contraria ex contrariis approben-  
tur. Ideo ergo sic dicit apostolus. Si autem  
iniustitia nostra dñi iustitiam commendat. qui  
dicimus. Numquid iniquus dñs qui infert iram  
secundum hominem dico absit. Alioquin qui  
modo iudicabit dñs mandum. Non ergo in hoc  
iniquus approbatur dñs si disciplinae ratio eon-  
traria ex contrariis approbatur & ex iniustitia  
iustitiam commendat. Sed cum omni conseque-  
ntia digne meritoque inimica est. et aduersatur  
iniustitia iustitiae. Sicut inimica & aduersa  
est uita morti & lux tenebris. & ideo dicitur  
iniquo est iustitia inferre iram hominibus in  
quibus habitat iniustitia. Iste enim sibi natura-  
liter aduersatur. Et quo modo etiam ex hoc ipso  
iniustus uidebitur dñs qui aduersatur iniustitia.  
Et idcirco fortassis non dixit apostolus. quia  
homines iniusti commendamus iustitiam dñi.  
Sed ait. si iustitia nostra dñi iustitiam commenda-  
ut ostendere & non dñm hominibus sed iustitiam




iniustitiae esse contrariam. Induci autem homi-  
 nibus iram. pro eo quod in semetipsis locum inius-  
 titiae dederunt. Non ergo iniustus deus videbitur  
 qui est iustitia cum irascitur. aduersum iniustiti-  
 am. cui eum nec deesse esse propitium. sed uenit.  
 ira dei haec etiam in homines qui se ministros inius-  
 titiae cui deus irascitur praebuerunt. Neque enim  
 in nullo potest subsistere iniustitia. uel iustitia.  
 Sed sicut iustitia effectus est iusti rectique  
 operis. qui primo in deo tum etiam in his qui imi-  
 tantur eum inuenitur. Ita et iniustitia effec-  
 tus est iniusti prauique. inferri quae uis ex inius-  
 titia eorum uelud ex contrario uideatur di-  
 claruisse iustitia. Poterant namque sicut  
 receperunt in se affectum iniusti prauique ope-  
 ris multo magis rectique iustique recipere.  
 Iuste igitur ad deum ira super omnes homines appel-  
 landi sunt. Et propter ea fortassis idem aposto-  
 lus paulus de omnibus hominibus pronuntiat  
 dicens. quod eramus natura filii irae. sicut et ceteri.  
 Non enim dixit eramus filii irae. sed addidit. era-  
 mus natura filii irae. sicut et ceteri. Omnes enim  
 homines natura filii irae effecti sunt. ex eo quod  
 erant dii et filii excelsi. et per hoc omnes appellati  
 sunt. Attende enim diligentius quomodo  
 dicit. Ego dixi dii estis. et filii excelsi. et addidit  
 omnes uos. Quae adiectio omne simul sub hoc



titulo humanum conexum genus. Denique in  
sequentibus dicit. Nos autem ut homines  
moriemini. Unde & illud quod scriptum est  
Et recogit<sup>ur</sup> quod fecit hominem super terram  
& penituit in corde suo. Et dixit d<sup>s</sup> deleam homi-  
nem quem feci a facie terrę. non solum pro exachio  
diluuii dictum puto sed aliquid ex hoc & iam sub  
misterio defuturis predictum. Ut eo modo sentia-  
tur quod dictum est deleam hominem. quo & per  
prophetam dicit d<sup>s</sup>. Ecce enim deleo sicut nubi  
Iniquitates tuas. ut uideatur delens eum scien-  
dum quod homo est. post haec facere eum de-  
Tunc cum erit d<sup>s</sup> omnia hominibus, adhuc sen-  
sum & iam illud applicari potest. quod ingen-  
dicitur. Tempus omnis uenit in conspectu  
meo. ut non solum de illo tunc diluuii tempore  
dictum putetur. sed & misterio baptismi. quod  
admodum dicit apostolus petrus. Quod sicut  
tunc ex diluuiio salutis factus est noe. ita & nunc  
simili forma. per baptismum salui fiant creden-  
tes. Et ita potest hoc quod dicit tempus omni-  
hominis aduenisse intellegi ad salutem ut per  
gratiam baptismi credentes intellegantur  
ex hominibus in superiorem ordinem commu-  
tandi cum dies resurrectionis aduenierit.  
Ubi scilicet quique erunt sicut angeli d<sup>i</sup>. Haec dicit  
quod dictum est. Numquid iniquus d<sup>s</sup>



qui infert iram uel aduersum homines. ut in qui  
 busdam exemplaribus legi diximus uelut nos  
 habemus secundum hominem dico absit. pro ut  
 occurre nobis potuit dicta sint. Quod autem  
 ait. Alioquin quo modo iudicabit deus mundum.  
 In hoc loco mundum homines qui in hoc mundo  
 sunt. sicut & alibi legimus. quod omnis mun-  
 dus in maligno posita est. quod utique homi-  
 nes qui in hoc mundo habitantur in malitia esse  
 positos ostendit. Post hoc iam uideamus quo  
 modo dictum sit. Si enim ueritas dei in meo  
 mendatio abundauit in gloriam ipsius. Multae  
 sunt in hoc mundo religionum species. multae  
 philosophorum sectae. Multa dogmata falsis  
 assertionibus tradita & argumenta conscrip-  
 ta mendacibus. quorum auctores falso licet & sapi-  
 entiae nomine non tamen exiguae aut contemp-  
 tae auctoritatis uiri habentur. Ex quorum  
 pro rogatiua falsa pro ueris recepta  
 sunt. Ut uniuersum pene mun-  
 dum mendacibus  erga religionem  
 opinionibus occuparunt. Ita ut in errorem  
 inducerentur. Si dici potest & iam electi.  
 Quod ergo ueritas dei & sapientia eius & uerbum  
 eius adueniens arguit. & confutauit omnem  
 mendacium. quod prius ab hominibus fuerat  
 assertum abundauit ueritas dei subreptis ueri



similitudines arguendo & in singulis quibusque  
dogmatibus tradendo simplicem fidei ueritatem  
Et hoc modo apostolus dicit. Veritatem dei in ho-  
minum mendacio abundasse. Verum & adhuc  
manifestius fiat quod dicimus aliqua exempli  
causa proferamus. Erat in hominibus dogma  
quod summum bonum pro nuntiarum esse uolup-  
tatem. In quo & illud consequenter asseritur  
non esse pro uidentiam quippe si non ex legibus  
sed ex uoluptate uidendum sit. Et haec laudo sa-  
ornatoque sermonum & argumentis ualidis-  
simis per innumera uolumina degeruntur.  
Sed intueri nunc quomodo is qui ueritatem dei defendit  
& qui secundum christum qui est deus ueritas & dei sap-  
entia philosophus est docet homines summum  
bonum esse aeternam uitam. Hanc autem  
esse aeternam uitam ut cognoscant homines uerum  
solum uerum deum & filium eius ihesum christum. Et qui  
modo cum omni fiducia pro uidentiam  
dei asserat que dicit. Nonne duo pas-  
seres asse uenit. & unus ex ipsis  
cedit in terram sine patris uoluntate. Et  
ipse solem suum oriri iubet super bonos & malos  
& pluit super iustos & iniustos. Per haec autem  
singula dum illa falsae scientiae dogmata  
confutantur. in hominum mendacio abundat  
ueritas dei. Sunt item alii. qui dicant tres esse



species boni unam erga animam. ceteram erga cor-  
 pora. tertiam extrinsecus quae singula conduci-  
 biliter habeantur exipsis summum bonum con-  
 stare confirmant. Ita etiam di pro uidentiam rese-  
 cant usq. ad lunae tam globum peruenire  
 contendunt. Infra uero hoc est ad homines eam  
 minime descendere. Sicut item alii qui mu-  
 sibile & incorruptum nihil dicant esse. sed omnia  
 quae sunt corporibus assignant. Unde & pa-  
 trem omnium dñm corpus esse dixerunt. uerū  
 quod urgebat eos rationis suae consequentia  
 qua constat omne corpus esse corruptibile  
 ut si dñm corpus esse asserant. sine dubio  
 & corruptibilem fateantur. Verterunt  
 istosam uerbi & dixerunt naturae quidem  
 eum esse corruptibilis. nec tamen corrumpi  
 pro eo quod non sit. aliquid ipso superius a quo  
 corrumpi possit aut solui. Sunt & alia tenu-  
 mera hominum figmenta chaelecticis argu-  
 & sofismatum fraude composita quae cum  
 singula per ecclesiasticos uiros & diuina sa-  
 pientia eruditos ueritas di conuincit. & ar-  
 gumentorum desipulas. redarguit. In ho-  
 minum mendacio di ueritas dicitur abun-  
 dare & non solum abundare sed abundare  
 ad gloriam eius. Quod hoc modo intelle-  
 gendum puto. si doctor ecclesiae simplices



quosque auditores doceat & non dum falsis dog-  
matibus occupatos atq; his de singulis quibus  
q. rationem diuinae ueritatis aperiat. in hu-  
iusmodi doctrina di ueritas uidebitur abunda-  
re. Si uero adeos sermo sit qui obstant ueri-  
tati qui sane doctrine sermonibus contra dicunt  
& contra dicentes confitentur & eo nuncantur.  
Ita ut errorum tenebris derelictis ad lucem ue-  
ritatis accedant. Tunc non solum abundant  
ueritas di. sed & ad gloriam eius abundant.  
**G**lorificatur enim dñs per eum qui de errore mer-  
daci ereptus lumen ueritatis aspexit. Haec  
ergo qui ita intellexerit. non utique dicit illud  
quod inconsequentibus stulta obiectione pro-  
fertur. Quid adhuc & ego tamquam pecca-  
tor iudicor. Sed aduertet & merito se iudican-  
dum si permaneat. Inmendacio hominum.  
**E**t qui secundum ea quae supra exposuimus  
ex di ueritate conuictus erasse se sentit atque  
ab errore conuersus dñm uerum agnita uerita-  
te glorificat. Nec blasphematur ultra eos qui  
predicant ueritatem tamquam dicentes. faci-  
amus mala ut ueniunt bona. Sciens in hoc uer-  
bo istam esse blasphemantis damnationem.  
**O**bseruandum quoque est quod eos qui ueritate  
di praedicant. non tam maledici quod ad homi-  
nes sed blasphemari quod ad dñm pertinet. postea



Quid ergo tenemus amplius causati enim sumus  
 Iudaeos & grecos omnes sub peccato esse. Sicut  
 scriptum est. Quod non est iustus quisquam.  
 non est intellegens. non est requirens dñm. Simul  
 Inutiles facti sunt. non est qui faciat bonum non  
 est usque ad unum. Sepulchrum patens est gut  
 tur eorum linguis suis dolose agebant uenenu  
 aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledic  
 tione & amaritudine plenum est. ueloces pedes  
 eorum ad effundendum sanguinem. Contritio  
 & infelicitas inuis eorum & uiam pacis non cog  
 nouerunt non est timor di ante oculos eorum.

Prædiximus iam quod in hac epistola paulus  
 uelut arbiter quidam inter eos qui ex circum  
 cisione crediderunt & eos qui ex gentibus tem  
 per & sermonem semper & libera. et nunc hos  
 nunc illos in quibusdam uideantur urguere.

Et rursus singulas partes certa qua spe pro  
 missionis animae. quod ergo uisus fuerat  
 in superioribus dicere. qm si preputium ius  
 titias legis custodiat. iudicant eum qui in cir  
 cum cisione pre uaricator est legis. Rur  
 sum eos quos humiliauerat. alleuare addidit.

Quid igitur amplius est iudaei. aut quae utilitas  
 circumcisionis. multum per omne modum.

Primo quidem quod credita sunt eloquia di.

Post haec cum his consequentes quaedam.



fuisse & prosequuntur. Addidit nunc & dicit.  
Quid ergo tenemus amplius causati enim sumus  
iudaeos & grecos omnes sub peccato esse. Quod  
si omnes sub peccato sunt ergo non erit elatio  
nis causa uni aduersum alium. Cum uterque  
non ex sua iustitia. sed ex di misericordia uer  
at ad salutem. Probauit ergo quidem id est  
gentiles esse sub peccato. cuius. Dicentes eni  
se esse sapientes stulti facti sunt. & mutauerunt  
gloriam incorruptibilis di in similitudinem im  
ginis corruptibilis hominis. & uoluerunt. & qua  
drupedum. & serpentium. Propter quod tra  
didit eos di in reprobum sensum. & reliqua.  
Iudaeos uero cum dicit. Si autem tu iudaeus  
cognomen. & requiescat in lege & reliqua.  
Quibus addidit. Qui ergo doces alium te ipsum  
non doces. qui predicat non furandum furari  
& cetera. Post haec igitur dicit. quod cau  
sati sumus iudaeos & grecos omnes sub peccato  
esse. Post haec uero ut ei moris est descriptu  
ris suis uult affirmare quae dixerat. simul  
& doctoribus ecclesiae prebe & exemplum.  
ut ea quae locuntur ad populum non propri  
presumpta sententias. sed diuinis. munita  
testimonis proferant. Si enim ipse tantu  
ac talis apostolus. auctoritatem dictorum suo  
rum sufficere posse non credit. nisi doceat



in lege & prophetis scripta esse quae dicit. Quan-  
 to magis nos minime hoc observare debemus.  
 Ut non nostras cum docemus. sed sci sps sententias  
 proferamus. Illud etiam necessario ducimus  
 ammonendum. quod in non nullis exemplaribus  
 latinorum. ea quae subsequuntur testimonia.  
 Inter tio decimo psalmo. consequenter ex integro  
 posita Inveniuntur. In grecis autem paene  
 omnibus non amplius inter tio decimo psalmo.  
 quod usque ad uersiculum illum scriptum est.  
 Non est qui faciat bonum. non est usque ad unum.  
 Sed & quod dixit apostolus. Sicut scriptum est  
 Quod non est iustus quisquam. non est intel-  
 legens. non est requirens dñm. Non eisdem  
 sermonibus Inuenitur in psalmo. sed alii per-  
 mutantur. Alii assumuntur. Alii relinquun-  
 tur; quod ab studiosis quibusque. si obseruetur  
 diligentius. puto dari in hoc apostolicam aucto-  
 ritatem. ut cum scripturae testimonius uten-  
 dum fuerit sensum magis ex ea quam uerba  
 capiamus. Hoc enim & in euangelis factum  
 frequenter inuenies; Inter tio decimo psalmo  
 ita dicit. Dñs de caelo respexit super filios  
 hominum. ut uideret si est intellegens aut  
 requirens dñm. Sed in quinquagesimo secundo  
 psalmo. ita dicit. Dñs de caelo respexit super  
 filios hominum. ut uideat si est intellegens aut



requirere dñm. Et uidetur idem seruari sensus. In  
lineo quod apostolus posuit. non est intelligens. non  
est requirens dñm. Et quod dixit non est iustus  
quicquam. puto ex eo sumpsit. quod scriptum  
est. non est qui faciat bonitatem. non est usque-  
adunum. In quo etiam si sermo conuerti uidetur  
sensus tamen unus idemque seruat. Quod uero  
in consequentibus dicitur. Sepulchrum patens est  
gutur eorum. linguas suas dolose agebant. Inquit  
to psalmo repperies. Post haec uenenum aspidum  
sublabat eorum. Quod et ipsum in quodam psal-  
mo assumptum. Inmutatis ut supra diximus ser-  
monibus puto. Quod autem sequitur. Quorum  
hoc maledictione & amaritudine plenum est.  
ex nono psalmo uidetur acceptum. Tum deinde.  
uel in esaiam inuenies. uel in pro uerbis. Sed & con-  
tricio & infelicitas inuis eorum & uiam pacis  
non cognouerunt. Non quidem ad integrum  
recordor. ubi scriptum. sit. Suspicor tamen  
in uno prophetarum inueniri posse. In psalms  
autem scriptum est. non est timor di ante oculis  
eorum. Haec autem omnia testimonia uidetur  
congregare uoluisse ob hoc. ut ostenderet quod  
causatur. iudaeos. & grecos. omnes sub peccato  
esse non tam sua quam sc̄ae scripturae sententia  
pronuntiatur. Sed requiramus quid est hoc



ipsum. suppeccato esse; sine exceptione enim sermo eius  
 homines. siue uel iudaei sunt. siue gentiles uidetur  
 inuoluere. Sed occurrit nobis alia ipsius sententia  
 qua dicit; ubi autem non est lex. nec preuaricatio.  
 Apud iudaeos quidem legem moysi manifestum est.  
 Apud gentiles uero legem naturae esse confirmat.  
 qua & testimonio conscientiae arguat delinquen-  
 tem. Ubi ergo quaerimus hominem in quo non  
 sit lex. & qui per hoc non uideatur esse inpreuari-  
 catione peccati. Quod & ipse paulus de semetipso  
 dicit. Ego autem uiuebam sine lege aliquando.  
 quando paulus sine lege uixit. qui rursum de se-  
 metipso dicit. Circumcisione octaua die hebreus  
 ex hebreis. Quomodo ergo uerum erit eum ali-  
 quando sine lege uixisse. qui octaua die natiui-  
 tatis suae. signum circumcisionis ex lege suscepit.  
 Unde constat conferri hominem sub lege quando  
 ad id aetatis uenerit ut legere possit & discer-  
 nere quid sit lex; Nec prius legis illius extrin-  
 secus iugum suscipere quod internae & natura-  
 lis legis habere incipiat firmitatem. Denique  
 in eo ubi dixit. Ego autem uiuebam sine lege  
 aliquando. addidit. Sed ubi uenit mandatum.  
 peccatum reuixit; in quo hoc est quod ostendit  
 quod in pueritia prius quam discretionem quis  
 habeat boni & mali. sine lege esse dicitur. Cum  
 & iam si peccat quod lex in eo non est peccatum ei

no



non imputatur. Cum uero discretionem boni mali  
que acciperit. uenisse ei dicitur lex & dedisse  
mandata. Ubi autem inest uis mandati. hoc est  
conscientia redarguens peccatum. quod prius  
in eo mortuum erat dicitur reuixisse. Ex hoc  
ergo iam tempore. si quis subdat legem moysi ut eam  
secundum litteram obseruet efficitur manifesto  
iudaeus. Si uero secundum spiritum eam sequatur  
efficitur innocuo iudaeus. Haec pro eo quod  
dictum est. causati enim <sup>siunt</sup> iudaeos & grecos om-  
nes sub peccato esse. Scilicet & omnes intellega-  
tur de illis dictum quos uel naturali. uel scrip-  
ta lege. ne peccent constat edoceri. Nam & de  
gentibus sub peccato factis. eodem modo intel-  
legimus quos supra diximus. Cum coeperint  
naturaliter quae legis sunt facere. & ipsi sibi  
esse lex. cum redarguntur. a conscientia in his  
quae contra legem facere uidentur. Propter  
quod & consequenter mihi uidentur reuixisse  
hi qui legem naturae legem di dicunt. legem  
autem scriptam. positione legem esse appel-  
lant. Si ergo paulus de lege scripta. hoc est  
de lege moysi diceret. Peccatum autem non  
imputatur cum lex non est. uidebatur nec  
reputatum esse peccatum. nec illis qui dilu-  
uio perierunt. Nec illis quos in sodomitig-  
nis <sup>6</sup> assumpsit. Sed quoniam uidemus illis non

Posita



solum reputata esse peccata. sed & inditionem in eos  
 datam. Ostenditur ex his de naturali lege paulum  
 dicere. Quod excepta prima aetate pueritiae  
 omnibus hominibus inest. & per hoc rectissime  
 dicit. Causa enim sumus iudeos & grecos  
 omnes sub peccato esse. Unde non mihi uide-  
 tur quidam ex sapientibus contra rationem  
 definiisse. quod in omni mortaliu[m] genere cum  
 ad id aetatis uentum fuerit ubi discretionem  
 recti prauique ingressu[m] naturalis legis excipi-  
 at. primo omnium malitiam suscitari.  
 Post haec iam eruditionibus institutis moni-  
 tis. paulatim eam depelli & ad uirtutem tran-  
 siri. Consequenter his & iam paulus scripsisse  
 mihi uidetur in eo quod dicit. Salubi ueni man-  
 datum. peccatum reuocari. Sed & saluator cum  
 dicit in euangelio. Nisi uenisset & locutus es-  
 sisset peccatum non haberent. Hunc autem  
 excusationem non habent pro peccato suo.  
 Videbitur secundum hanc dixisse rationem  
 quod uirtute ea qua replete dicitur mundum.  
 Ad unum quem que hominem ueniat & loqua-  
 tur in corde eius. ac mali bonique iudicium  
 doceat. Idcirco paulus scriptum esse dicit.  
 Quod non est iustus quisquam non est intellegens.  
 non est requirens deum. Omnes declinauerunt.  
 simul inuiciles facti sunt. Sicut & alibi propheta



dicit. Quod non iustificabitur in conspectu tuo omnis  
uiuens. Quod fortassis contrarium uidetur alijs scrip-  
turis quae non nullis testimonium perhibent quasi  
iustis intantum ut etiam ad hierusalem de sodomus  
dicatur. quod iustificata est sodoma ex te. Sed intu-  
ere diligentius cautelam scripturae diuinae. Quo-  
modo non dixit iustificata est sodoma. Sed ait.  
Qm̄ tu scelera multa committis. & talia sunt quae  
agis. ut omnes super grediaris in magnitudine pec-  
catorum. ad comparationem scelerum tuorum.  
Iam enim sodoma iustificanda est. & hic ergo quod dicitur  
non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.  
Non hoc sentire uoluit quod iustificabitur omnis  
homo uiuens. sed in conspectu tuo hoc est di. non iusti-  
ficabitur. Quam uis enim quis iustus. quam uis sc̄i  
sit. non solum inter homines. sed & in superius <sup>orbis</sup> atq;  
eminentioribus creaturis ad comparationem di-  
certum est iustificari non posse. Deniq; & in  
apocalypsi iohannis. ubi liber signatur offeritur  
in conspectu uetusti dierum. & queritur ex omni  
tribu lingua & populis qui eum possit aperire  
nullus inuentus est nisi solus agnus de tribu iuda  
qui iustificatus est in conspectu di. & ipse solus  
librum meruit aperire. quod solus ipse est qui  
aperit & nemo claudit. claudit & eludit & nemo  
aperit. Solut ergo saluator noster dñs ih̄s xp̄s  
iustificatur in conspectu patris. Quod que eum

quia



facti pater haec & filius facit similiter. . Omnis  
 autem creatura excomparatione inferiorum ius-  
 tificatur. Ut si uerbi causa dicamus adcomparationem  
 reliqui populi. iusta fuit maria soror moysi. & rur-  
 sum adcomparationem marie iustus erat aaron. Et  
 iterum adcomparationem aaron. iustus erat moyses.  
 Beatus tamen est qui excomparatione meliorum ius-  
 tus appellatur. & non excomparatione pessimorum.  
 Sicut sodomia quae excomparatione hierusalem.  
 iustificata memoratur. . Unde & ergo uereor  
 ne ex nobis qui uidemur esse in ecclesia dei & legi-  
 eius operam dare. ac preceptis euangelicis deser-  
 uire. Inueniantur aliqui infidelium iustificandi.  
 Ut uerbi causa dicam. si nos libidini & impudiciae serui-  
 amus. & gentilis qui alienus est a fide xpi custodiat  
 castitatem. ille gentilis iustificatur ex nobis.  
 Similiter & si nos auaritia rapacitate superbia  
 & ceteris huiusmodi malis inuoluamur. abstine-  
 at his omnibus gentilis. et hi qui legem dei nesci-  
 unt illi iustificabuntur ex nobis. & nos ex illorum  
 comparatione damnabimur. . Quin potius opera  
 daremus ut sicut precedimur gentes. Ita actibus  
 & operibus precellamus ne mala nostra fiant  
 aliena bona. & illorum temperantia nostram  
 redarguat intemperantiam. . Potest adhuc  
 & alio modo explanari quod dixit. non est ius-  
 tus quisquam. uel quod ait. non iustificabitur



In conspectu tuo omnis uiuens. Quod donec quis  
uiuit in corpore. iustificari non potest. nec pronun-  
tari iustus. Sed cum exiit de corpore. & de uitae  
huius agone discedit. sicut scriptura dicit. ne beati-  
ficaueris hominem ante mortem. quia nescis quae  
erunt eius nouissima. Et iterum dicit ecclesiastes.  
& laudauit omnes defunctos. qui iam mortui sunt.  
magis quam uiuos quod adhuc uiuunt. Sed melior  
super utrosque qui nondum natus est. Habes adhuc  
& aliam scripturae sententiam quae dicit. Quod  
quicumque ille minimus est in regno di. maior sit eo  
qui in corpore. etiam si iohannes ille sit quo maior  
inter natos mulierum non fuit. Non est ergo  
iustus quisquam; & addidit; non est intellegens.  
Et reuera cum apostolus ipse ex parte se dicat  
agnoscere. & ex parte intellegere. quis erit qui  
dicatur intellegens? Quantum cumque enim  
quis intellexerit. in speculo & enigmate uidebitur  
intellegere. Quod post depositionem terreni  
corporis reuertatur facie ad faciem intellegere.  
Nunc uero ut scriptura <sup>ait</sup> corruptibile corpus. ag-  
grauat animam. & demergit. terrena habitatio  
sensum multa cogitantem. Unde fit ut non  
sit intellegens. quis nec requirens dñm. Dum  
enim corporis sollicitudinibus occupamur.  
& quae hominum sunt querimus. dñm querere.  
uel quae di sunt cogitare non possumus. Om



nes declinauerunt. simul inutiles facti sunt; mihi  
 uidetur quod non dicitur declinasse. <sup>ni</sup> is qui aliquando  
 in uia recta stetit. Unde apparet primum illud  
 naturae rationabilis opus. quod ad dō factum est.  
 fuisse rectum. & in uia recta creatoris ipsius munere  
 conlocatum. Sed quōd ab hac ad leuam peccati <sup>quia</sup>  
 iter deorsum. merito nunc dicitur declinasse.  
 sicut exemplo est. Primus homo adam. qui de pa  
 radisi uia recta male suadi fraude serpentis.  
 ad prauas & tortuosas mortalis uitae semitas  
 declinauit. Consequenter ergo omnes qui ex  
 eius successione in hunc mundum ueniunt. decli  
 nauerunt. & simul cum ipso inutiles facti sunt.  
 Propter hoc puto & dñm in euangelis dare man  
 datum. Ut cum omnia precepta faceremus.  
 meminerimus tamen quid simus. & dicamus.  
 serui inutiles sumus. Si autem addas aliquid  
 preceptis. tunc iam non <sup>in</sup> inutiles seruis eris. sed  
 dicitur ad te. Fuge serue bone & fidelis; quid  
 autem est quod addatur praeceptis. & supra  
 debitum fiat. Paulus apostolus dicit. De uir  
 ginibus autem praeceptum habeo confido autem. cōsilium do  
 tanquam misericordiam consecutus ad dō.  
 Hoc opus super praeceptum est; qui ergo com  
 pletis praeceptis. addiderit & iam hoc ut uir  
 ginitatem custodiat. non iam inutilis seruis.  
 sed seruis bonus & fidelis uocabitur.



Et iterum preceptum est. ut hi qui euangelium annun-  
tiant. de euangelio uiuant. Paulus tamen dicit.  
quod nullo horum usus sum. & ideo non inutilis erit  
seruus. sed fidelis & prudens. Omnes igitur  
declinauerunt. simul inuitiles facti sunt. Quibus  
addidit. non est qui faciat bonitatem. non est  
usque ad unum. Grauis sententia. & quae  
difficile astrui possit. quomodo enim uidetur  
fieri posse. nullum omnino. nullum usque ad unum  
uel iudaeis sum<sup>t</sup> in grecis inuenire potuisse. qui  
faciat bonitatem. Si ne credimus. quod nullus  
fuerit qui uel hospitem mali quando receperit  
uel esurienti panem dederit. uel nudum tex-  
erit. uel innocentem de manibus potentis  
eriperit. uel tale aliquid boni operis egerit.  
Non mihi uidetur<sup>a</sup> incredibilem sermonem uolu-  
isse asserere paulus apostolus. Sed hoc modo  
intelligendum puto. quod neget quemquam  
fecisse bonitatem. Verbi gratia. uelud qui  
fundamenta iaciat domus. & unum aut duo  
pariter extruat domum fecisse qui totius  
aedificii ad perfectum singula quaeque  
membra produxerit. Ita arbitror & hic  
apostolum dicere. neminem fecisse bonitatem.  
Hoc est a nullo eam ad perfectum & ad integru-  
tum consummatam. Si autem requiramus  
qui sit uere bonus. & qui perfectam fecerit



bonitatem illum inueniemus solum qui dicit;  
 ego sum pastor bonus. Et iterum pastor bonus  
 animam suam ponit pro omnibus suis. Post haec  
 de quinto ut supra diximus psalmo sumens dicit.  
 Sepulchrum patens est guttur eorum. Diuersa  
 in his mihi uidetur humani generis peccata  
 describit; omne sepulchrum immunditiam defuncti  
 cadaueris contingit. Unde & dñs dicebat in  
 uangelio describens & phariseis quod essent sepul-  
 chra dealbata quae foris quidem speciosa uiden-  
 tur hominibus. intus autem plena sunt omni  
 immunditia. Videtur autem paulus hoc in loco  
 maius aliquid in istis. De quibus sermo est osten-  
 dere criminis. cum eos sepulchrum non tectum  
 neque coopertum. sed patens appellat; clausa  
 enim sepulchra dicuntur. quos aliquantulum  
 pudor cohibet palam delinquere. & proferre  
 ad publicum crimina sua. Patens uero sepulchrū  
 dicuntur hi qui immunditias suas & impuritates  
 in propatulo habent. quibus assiduitas & usus sce-  
 lerum. quod est in malis ultimum. & iam com-  
 missorum uerecundiam sustulit. ut iam non  
 aperiant os suum. & proferant uerbum di uerbu  
 uiuum. Sed aperiant guttur suum. & pro-  
 ferant uerbum mortuum. uerbum diaboli  
 non de corde sed de sepulchro. Si quando ergo  
 uideris homines. lasciuo ore impudica uerba



iactantem aut tumido & furibundo contumelias  
& maledicta proferentem. Non dubites de hoc  
dicere. quia sepulchrum patens est guttur eius.  
De abundantia enim cordis os loquitur. Ad haec  
additur. linguis suis dolose agebant. Dolus est  
cum aliud quis lingua loquitur. & aliud uoluntate  
in corde. quod crimen nescio si uel iustos quosque  
& electos reliquat immunes. Sed puto quod aliis  
plus aliis autem minus. Nemo tamen sit ob hoc  
ad perfectum purus. nisi ille solus de quo scriptum  
est. qui peccatum non fecit. nec dolus inuentus  
est in ore eius. Nam & si inueniatur quis diligens  
& cautus. potest fortassis in grauioribus obseruari.  
Quem autem inuenias. qui in haec uel pro uerecundia  
uel pro negligentia non incurrat. Interdum  
& per obliuionem committuntur quae curanda  
fuerant. & ne appareat culpa. excusantur aliter  
quae gesta sunt. Unde & Petrus sciens istas  
diuersitates doli. in epistola sua scribit dicens.  
Deponentes ergo omnem dolum & simulationem  
& inuidiam & obtreccionem. quasi modo  
genti infantes rationabiles & sine dolo sic con-  
cupiscite. ut in eo crescatis in salutem. Ueneni-  
aspidum sublabus eorum. morsu serpentis uene-  
num corpus interimit. Morsus uerbi ueneni-  
fraude animam necat. Potest accipi hoc & de  
his qui calumniarum commentis. circum ueniunt.



homines. Potest & de his qui per hereticam doctrinam. ueneno diabuli infectam. animas decipiunt simplicium. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. De ueneno quidem aspidum non dixit plena est labia. In illo enim plures. fortassis inueniantur. Non tamen plures qui plene & ad integrum ueneni illius uirus exerceant. Maledictione autem & amaritudine repleri os ualde multorum est. Quis enim ita emendatoris est quem non maledicendi consuetudo sollicitat. Non dicam aduersus eos qui maledicto digni sunt. Sed & aduersum eos quos dñs non maledixit. Idest iustos & innocentes uiros promptos. hoc & proclue uitium est fragilitatis humane. erga subiectos precipue. & inferiores. ita ut iam appellationem. hanc non maledictionem putent. Et ideo plenum esse os eorum. & tamquam de pleno oris uasculo. indefinenter fluere dicitur maledictio. Huic tamen & amaritudinē coniungitur quod ex iracundiae felle promittitur. Post iracundiam enim ac furorem. ad maledicendum lingua compellitur. Et ideo dicit idem apostolus. Benedicite. & nolite maledicere. Et alibi nequa radix amaritudinis sursum germinans impedit. Additur inconsequentibus. ueloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

emendati oris

+

at que



Quod tunc crimen non fortassis pluribus aptari  
 posse uidetur eorum de quibus dixit. Causati  
 sumus iudaeos & grecos omnes sub peccato esse.  
 Nisi forte ita intellegamus. quod non corporaliter  
 tamen sanguis effunditur eorum quorum cor  
 pora trucidantur. Sed & hi qui quolibet scanda  
 lo animam ad deum separant. uiri sanguinum no  
 minantur. Sicut enim homicida dicitur ille  
 qui corpus ab anima separat. quod est deus. Pedes  
 autem hoc loco illos intelleget. de quibus dicit  
 propheta. Mei autem poene moti sunt pedes.  
 hoc est consilium quo agimus iter uitae. contritio  
 & infelicitas inuis eorum & uiam pacis non cog  
 nouerunt. Contritionem hic dicit non illam qua  
 spiritus peccatis contribulatur pro poenitentia.  
 Unde dicit in psalmis cor contritum & humiliatum  
 dei non spernit. Sed illam dicit contritionem  
 qua peccatores dicuntur. conterere iugum domini  
 & proicere ceruicibus suis. Similiter & infeli  
 citas. uel sicut alibi legitur miseria accipiendum  
 est. quam miser effectus est homo & infelix. qui  
 cum in honore esset non intellexit. sed compara  
 tus est iumentis insipientibus & similis factus  
 est illis. & uiam pacis non cognouerunt. Pax  
 christi est. uia ergo pacis. uia christi est. Sed & si accipi  
 amus. quod peccatores dum uitiorum bellis  
 semper urgentur uiam pacis ignorant. recte

h. p. qua uiuificat. ita. & multo etiam uerius ille homi  
 cida dicens. quia anima a ueritate separat. que



Intellegimus. Dicit enim propheta ad dñm.

Pax multa diligentibus nomen tuum. & non est illis scandalum. Sed & ille populus qui de aegypto eductus est. uiam pacis incessit ut ad terram repromissionis uenit & habitauit in hierusalem. quae interpretatur uisio pacis. Sicut & propheta dicit. factus est in pace locus eius. & habitatio eius in sion. Plenus autem uiam pacis agnoscit. qui ad caelestis hierusalem tendit. ut ad scām ciuitatem di uiuentis ascendat. Post haec additur. non est timor di ante oculos eorum.

Si quis sit qui semper de timore di cogit & quid ei placeat requirat. Quidue displiceat. huic timorē di ante oculos dicitur. Sed peritus debet esse. & ex lege dñi diligenter eruditus. ne forte illic timeat timore. ubi necessarius non erit timor. Ponendus est ergo semper timor di ante oculos. non istos oculos carnis. neque enim uisibile aliquid aut corporeum quaeritur. sed dicitur oculis mentis. quibus timor di intellectus & doctrina perspicitur. Per quam sicut superius diximus intellegat. quid timendum sit aut quid non sit timendum. Quid dñm timeat potestatis scilicet non timeat. Et quid dico de potestatibus scilicet. nec illos principatus & potestates. & mundi huius rectores. neque spiritalia nequitiae in caelestibus timeat. Et ut ipsius



hoc pauli auctoritate firmemus. Nudi quomo-  
do dicit de humanis potestatibus. Vis inquit  
non timere potestatem. Fac quod bonum est  
& habebis laudem ex ea. Et propheta dicit. dñs  
mibi adiutor. non timebo quid faciat. mihi homo.  
De aduersis uero potestatibus spirituum idem  
propheta sensisse mihi uidetur ubi dicit. Multi  
qui debellant me. de excelso per diem timebunt.  
Et iterum. si consistant castra aduersum me.  
non timebit cor meum. Opus ergo grande  
est & magnificum semper habere ante oculos  
cordis. timorem dñi. Illum timorem qui reple-  
uit uirgam quae surrexit de radice iesse. qui  
de radice eius surrexit. De quo dicitur. & reple-  
uit eum sps timoris dñi. In tantum autem per-  
fectum reddit hominem dñi timor. Nisi cui nihil  
desit ut propheta dicit. quod nihil deerit timen-  
tibus eum. Et licet pro ut petauimus. singulis  
quibusque quae a populo assumpta fuerant  
petauimus. Quomodo conuenire uiderentur  
his de quibus dicit. Causati enim sumus iudaeos  
& grecos omnes sub peccato esse. Quae tamen  
haec puto debere intellegi. non ut singulis homi-  
nibus omnia haec fuisse arguantur. Sed aliter  
in alio. ita tamen ut in omnibus impleatur  
uniuersitas ista uitiorum. Sumus autem  
quò quicumque lex loquitur. his qui in lege



sunt loquitur. ut omne <sup>of</sup> obstruatur & subditus  
 fiat omnis mundus dō. Propterea ex operibus legis  
 non iustificabitur omnis caro in conspectu dī; per  
 legem enim agnitio peccati. Prefata sumus  
 in principio apostolum in hac epistula de pluribus  
 legibus tractaturum. quarum discretio & distinc-  
 tio nisi per loca singula habeatur. confundere  
 poterit sensum legentis. Igitur etiam & presenti  
 loco quod dicit. Semus autem qm̄ quecumq; lex  
 loquitur his qui in lege sunt loquitur. diligenter  
 requirere debemus. quae sic lex quae loquatur  
 ad eos qui in lege sunt. Et per hoc quod ad eos  
 loquitur. omnes eos excusatione denudet. ne pec-  
 catorum suorum possint inuenire per fugam.  
 Hoc enim est quod dicit. ut omne <sup>of</sup> obstruatur.  
 & subditus fiat omnis mundus dō. Quod si uel  
 mus de lege moysi intellegere. quae illis sine  
 dubio solis loquitur. quos ex matris  
 utero circumciderit & docuerit. quo modo  
 consequens uidebitur. quod per hanc legem que  
 unam tantum modo institutis suis contingeret  
 gentem. omne obstruatur. & omnis per eam  
 mundus dō teneatur obnoxius. Quid enim  
 commune ad hanc legem gentes omnes quid  
 totus mundus habere. Quomodo autem & ag-  
 nitio peccati per legem moysi fieri dicitur.  
 cum inueniantur plurimi & ante eam agnouisse

credendus.



peccatum suum. Cain denique cum peccasset  
ita ut <sup>diceret</sup> maius est peccatum meum quam ut re-  
mitteretur. Sed & patriarche cum ad ioseph descen-  
dissent in aegyptum. & simulata ab eo confitatio-  
ne urgerentur. Ita ad alterutrum dicunt. In pecca-  
tis sumus pro fratre nostro quod despeximus tri-  
bulationem animae eius. cum rogare <sup>nos</sup> et non exau-  
diuimus eum. propter hoc uenit super nos tri-  
bulatio haec. Sed & iob quem ante legem fuisse  
constat. ita dicit. quod & si peccavi inuitus si occu-  
tavi peccatum meum aut confusum multitudi-  
populi quo minus annuntiarem delictum meum.  
qui omnes euidenter docentur agnouisse peccati-  
suum. Ex his ergo colligitur paulum apostolum  
non de lege moysi dicere. quae lex his qui in lege sui  
loquitur. sed de naturali lege quae scripta in cor-  
dibus hominum. Haec ergo lex quaecumque  
dicit his qui in lege sunt dicit. In lege autem sui  
hi quid aetatis agunt quo discretionem boni mali-  
tam capiant. Sine lege uero illi sunt quibus non  
dum huiusmodi discretionis sensus aduenit.  
Secundum quod & paulus dicit. Ego autem carue-  
bam sine lege aliquando; secundum hanc ergo  
legem naturalem consequenter apostolus dix-  
isse uidebitur. omne os obstruendum. & om-  
ne mundum obnoxium di iudicio futurum.  
Huius enim legis quae naturaliter <sup>hominibus</sup> inest. nullus



est expert. neque iudaeorum. neq. gentilium. & ideo  
 consequenter dictum uidetur & iam illud. quod  
 iustificat dñ in uerbis suis. & uincat cum iudicatur.  
 Ut uerbi causa dicamus. si requiratur quid dñ homini  
 contulerit. & quid homo ex his quae ad dñ accipit ope-  
 ratu sit. iudicari cum hominibus dñ uidebitur. & in-  
 uenitur dñ quidem dedisse homini. omnes affectus.  
 omnesque motus. quibus ad uirtutem nitri possit  
 & progredi. Insuper & iam uim rationis inseruisse.  
 quia agnosceret quid deberet agere quid cauere.  
 Haec ergo inuenitur dñ communiter omnibus homi-  
 nibus prestatisse. Sed si his acceptis homo neglex-  
 iter uirtutis incedere cui ex dñ nihil defuit.  
 Inuenitur nihil defuisse his quae ad dñ data sunt  
 sibi. Merito ergo dicitur in tali iudicio dñ uincere  
 & iustificari in uerbis suis. Haec ergo lex natura-  
 lis loquitur omnibus qui in lege sunt excusati  
 praecipit solimhi. immunes fieri uidentur.  
 infantes. Quibus nondum inest praui rectiq.  
 iudicium. Sed his si & iam illis sociandi sunt quos qua-  
 cumque ex causa impotentes mentis uideo. excep-  
 tis uero his nullus mihi hominum effugere uide-  
 tur hanc legem. Considerandum est autem  
 ne forte non solum homines. sed & angelos. & om-  
 nem quae cumque illa est. rationabilem creatu-  
 ram lex ista constringat. Si enim recte a sapien-  
 tibus definitum. est legem esse quae dicit



at iniq;

& quod agi debeat. & quod agi non debeat uero.  
Quomodo non huiusmodi lex etiam supernis & caele-  
stibus ordinibus inserta uidebitur. quibus uti scilicet  
seruandi quaedam & qui dam cauendi disciplina  
est. Et nisi hac lege tenerentur. numquam de eis  
diceret scriptura diuina. Angelos quoque qui non  
seruauerunt principatum suum. sed dereliquerunt  
proprium domicilium. ad iudicium  
magni diei aeternis uinculis in tartaro con-  
strictos sub caligine reseruauit. Unde constat  
in esse eis. legem quam non obseruata passi sunt.  
haec quae superius scripta testata est. Sed & pau-  
lus cum dicit. Aut nescitis quia angelos iudicabi-  
mus. Quid aliud nisi sub lege sciri esse positos eos  
quos pro nuntiat ad iudicium deducendos. Sed  
si quid nobis occurrat ex eo quod supra diximus  
domini esse cum hominibus iudicandum. Quasi  
ipsum dicere uideamus esse sub lege. Nudi quidem  
de hoc cautela in apostoli litteris inuenitur. qui  
christum non in lege esse sed plenitudinem esse legis  
commemorant. Et sicut ipse est iustitia ex qua  
iusti omnes fiunt. & ipse est ueritas ex qua om-  
nes in ueritate consistunt. & ipse est uita ex qua  
omnes uiuunt. Ita ipse est lex ex qua omnes in lege  
sunt. Venit ergo ad iudicium non tamquam  
qui in lege sit sed tamquam qui lex sit. Ego  
autem puto quod hi qui iam perfecti sunt



& dño con iuncti. unus cum ipso sp̄s effecti sunt nec  
 ipsi in lege sunt. sed magis ipsi sunt lex.

Sicut & alibi idem apostolus dicit. -

Quod iusto lex non est posita, iterum quae cumque  
 lex loquitur his qui in lege sunt loquitur. ut omne  
 os obstruatur scdm ea quae supra diximus. ut sub  
 ditus fiat uelud alibi legimus obnoxius fiat omnis  
 mundus dō. Quod & magis cum grecis exempla  
 ribus con uenit. Sed requiramus omnem mun  
 dum hic qd̄ appellauerit. Num quid nam putabi  
 tur omnium ita terrenus hic debere intellegi  
 locus & arbores & lapides & herbae ac semina & pa  
 lea quae in ipso sunt pariter nominatae sint. ~  
 Partes enim mundi haec est singula<sup>ur</sup> uidentur non  
 arbitror ita quempiam ineptum inueniri.  
 & haec possit asserere. Restat igitur ut omnē  
 mundum omne rationabile animal dicat. & sicut  
 omne quod inrationabile est excipitur ab hoc  
 sensu. Ita nulla uidetur mihi ab hac conditione  
 rationabilis creatura se gigni. Omnis igitur  
 mundus obnoxius sit dō per hoc quod legem na  
 turalem inseruit omnibus. De quibus & in  
 alio loco dicit. quod in nomine ihū omne genu  
 flectetur. caelestium & terrestrium & infer  
 norum quod utique fiant. conplesse uidebitur  
 legem. si non faciat. esse obnoxius legi. Per legē  
 autem consequenter & dō; sicut uero de solis hominib;

si faciat



hominibus hoc uidebitur dictum. quod & legem  
natura- ralem ipsis inesse dixerit. Et de solis  
ip- s- is scriptum accipiat. ut omne os ob-  
struatur. & obnoxius fiat omnis mundus dō. Ut  
tur occasione subsequenti sermonis quod dicit.  
quia ex operibus legis non iustificabitur omnis  
caro. Quod utiq. dictum uidetur. De his tamen  
qui in carne sunt positi; sed qui priorem sensum  
magis teneri uolunt obseruabunt diligentius.  
Quomodo apostolus dixerit. ex operibus legis non  
iustificari carnem. quod ad eos qui in carne sunt.  
opera legis expectant. Ad eos uero qui in spū sunt.  
id est superiores ordines caelestium ministri-  
orum. sensus pertinet legis. Ex operibus igitur  
legis quod iustificabitur omnis caro in conspectu  
eius. Hoc modo intellegendum puto. quia  
omnis qui caro est & secundum carnem uiuit. non  
potest iustificari ex lege dī. Sicut & alibi idem  
apostolus dicit. Qui in carne sunt. dō placere  
non possunt. Et item alibi quod sapientia  
carnis inimica est dō. legi enim dī non est sub-  
iecta. nec enim potest; & propheta dicit. Omnis  
caro foenum. Et in euangelio scriptum est.  
Sp̄s est qui uiuificat. caro autem non prodest  
quicquam. De his ergo dicit. quod ex lege dī  
non iustificabitur omnis caro coram ipso.  
Sed & hoc quod addidit coram ipso non otiose.



preter ea sicut iam frequentius ammonuimus.   
 quod aliud est coram dō iustificari. aliud coram homi-   
 nibus. hoc est ad comparationem aliorum homi-   
 num. potest. Alius homo qui mendaciter iuxe-   
 rit. iustus uideri; ad comparationem autem di-   
 non solum homo non iustificabitur. Sed & sicut   
 iob dicit. Stellae autem non sunt munde coram   
 ipso; quae utiq; coram nobis mundae sunt. hoc est   
 ad comparationem hominum. unde habentur   
 & sciaē; ad comparationem uero di. munda esse   
 non possunt; per legem inquit agnitio peccati;   
 Uideamus quomodo per legem sit agnitio peccati.   
 Dum per legem dicimus quid agendum sit. quid   
 cauendum. Si mul. & quid peccandum sit. & quid   
 non sit agnosimus; Non ergo ut ergo ut here-   
 tici dñm legis accusant. mala radix est lex. & mala   
 arbor. per quam peccati uenit agnitio. quod non   
 dixit. ex lege agnitio peccati. sed per legem; ut scias   
 non ipsa ortum sed per ipsam agnitum esse pec-   
 catum. Ut uerbi gratia. si diceremus. per artem   
 medicine datur languoris agnitio. Numquid   
 etiam uidebitur tibi causa languoris esse medi-   
 cina. quod per ipsam qualitas languoris agnoscitur.   
 Sicut constat bonam esse medicinam quae aegri-   
 tudinis intellegentiam prestat. quo possit   
 uitare qui uelit. Ita & lex bona est. per quam   
 peccatum deprehenditur & agnoscitur.

at p̄creun dū ÷

no

peccati sit.

quia

pld



Seruat autem ut puto huiusmodi expositio. & iam illius  
explanationis consequentiam quam supra edidimus  
de eo quod scriptum est. Causati enim sumus iudeos  
& grecos omnes sub peccato esse. Sicut scriptum est.  
quod non est iustus quisquam. non intellegens non est  
requirens dñ. Nunc autem sine lege iustitia dñ  
manifesta est. testificata a lege & prophetis. Iustitia  
autem dñ per fidem ihu xpi. in omnes qui credunt.  
Non est enim distinctio. omnes enim peccauerunt  
& egent gloriam dñ. Iustificati gratis per gratiam  
ipsius. per redemptionem quae est in xpo ihu. quod  
astruximus in superioribus. dicentes. non de lege  
moysi dictum. quod quaecumq; lex loquitur. his qui  
in lege sunt loquitur. Putabit aliquis non tam uere  
quam uiolenter assertum. cum uideat nunc nomen  
legis non ad naturae. sed ad moysi legem referre.  
Et dicet quod in presenti loco iustitia dñ pronuntia-  
tur ab apostolo manifestari per legem. Et non  
solum per legem sed per prophetas. ut sine ulla ambiguitate  
de lege moysi intellegantur dicta esse. quae  
scripta sunt. ex qua lege iustitia dñ per fidem ihu  
xpi manifestetur. in omnes qui credunt. siue ex iudeis  
siue ex gentibus uenientes qui tamen non ex operibus  
iustificentur sed ex gratia dñ redemptione eius effecta  
ipso ihu xpo. Haec quidem dicetis qui sensum  
apostoli in his quae supra exposuimus uiolenter  
a nobis accutabit inflexum. Sed illud est quod con-



stanter possumus affirmare quod sicut nos qui haec  
 asserunt putant in hoc sermonem apostoli quem  
 nunc proposuimus nihil inuenire posse quod astrua-  
 mus. Haec non de mori sed de naturae  
 lege conscripta ita ne illi quidem inuenire  
 aliquid poterunt. Quomodo quae superius dicta  
 sunt ad mori potius quam ad naturae legem respi-  
 cere uideantur. Et ideo sicut illis non idcirco priora  
 stabunt quia uidentur posteriora constare. Ita  
 ne nobis quidem poterunt prima turbari. si secunda  
 non eodem currere tramite uideantur. Quid  
 igitur contraria sibi scribere dicemus apostolus.  
 Et haec erit egregii explanatoris affectio quod acce-  
 dere illis solet qui in diuersos sectarum sensus unū  
 fidei dogma dirumpunt. Et illa tamen descrip-  
 turis diuinis testimonia explorant quibus propri-  
 um dogma constituunt. Earum uero quae edi-  
 uerso ueniunt scripturae diuinae sententiarum  
 absolutiones. Ne extremo ut audiunt digito  
 contingunt. Sed qui fideliter & integrae sacro-  
 rum uoluminum colligit sensum debet ostendere  
 quo modo ea quae uidentur esse contraria non  
 sunt uere contraria; temptabimus ergo & iam  
 in presenti loco ostendere. Quomodo priori expo-  
 sitioni nrae haec subsequens non repugnet. Saepe  
 diximus & euidentius in praefatione diximus quod  
 ita apostolus in hac epistola multarum legum



faciat mentionem. Et cum de una ad alteram transit  
deprehendi nisi ab intento satis lectore uix possit.  
Dixerat in superioribus quod per legem agnitio peccati  
est. Et quia posibile sensit responderi ergo  
si ex lege natura li agnitio peccati est. Potest  
ex ipsa & agnitio esse iustitiae secundum illam sci-  
licet quam supra medicinae artis imaginem dedi-  
mus. Ut quem anmodum per illam febrilis  
agnoscitur. ut sanitas inuenitur. Ita & iam per legem  
naturae si potest agnitio fieri peccati. Similiter  
possit & iustitiae fieri. Hoc ergo cum uidisset posse  
sibi obici. Postquam dixit per legem enim cogita-  
tio peccati subiungit. Hunc autem sine lege  
iustitia dei manifesta est. Tale est ergo quod  
dicit non sicut per legem agnitio peccati fit  
& manifestatio iustitiae dei per legem fit. Sed  
sine lege manifestatur iustitia dei. Poterat enim  
naturae lex arguere peccati naturam & notitiam  
eius ostendere. Iustitia autem dei super gradi-  
tur & satis eminet hoc quod cumque mens humani  
solis naturalibus sensibus potest rimari. Neque  
enim sufficit ad intellegendam & consideran-  
dam non quae cumque humanam sed ipsam dei  
iustitiam & iudicia quae ex ipsa descendunt.  
De quibus dicitur quod sunt absus multa & equi-  
tam profunda sit iustitia dei & iudicia ut apertus  
tolus dicat. quam inscrutabilia sunt iudicia



Sed & sapientia ita ad homines loquitur. quae si  
 non possit iustitia di naturae solius motibus sciri.  
 Sed per doctrinae studium queri & ideo dicit.  
 Discite iustitiam qui iudicatis orbem. quam obrem  
 addi iustitiam cognoscendam nihil prorsus opitu  
 labitur lex naturae & iam si uideatur sentire  
 aliquid de humana iustitia. Illa enim lex potest  
 sentire quid inter homines iustum sit. ut quod  
 ipse quis pati non uult hoc ne proximo faciat.  
 Num quid naturaliter potest sentire de illa iusti  
 tia quae dicit. Videte ne faciatis iustitiam  
 uiram coram hominibus. & ut nesciat si sinistra tua  
 quid faciat dextera tua. Haec & huius  
 modi iusta dictare non potest lex  
 naturae. Et ideo dicit apostolus. hunc autem  
 sine lege naturae scilicet. et iustitia di manifes  
 tata est. testimonium habens legis moysi & pro  
 phetarum in quibus scilicet ipsi multa per figuras  
 & enigmata de iustitia di scripserat. Et nolo  
 mireris. quod unum uocabulum legis. secundo  
 in eodem loco positum. diuersa significo. inue  
 nimus hanc esse scripturae consuetudinem.  
 & in aliis locis. ut ibi. Nonne uos dicitis. quod  
 adhuc quat tuor menses sunt ut ueniat mes  
 sis. Et deuate oculos uros. & uidete regiones.  
 quod albae sunt ad messem. nonne & hoc loco  
 messis secundo nominata. Primo ad corporale



messam refertur. Secundo uero ad spiritalem. Et iterum  
In euangelio cum dicit ad samaritanam mulierem salu-  
tor. da mihi bibere. Et post responsum eius iterum  
dicit ad eam. Si scires quis est qui dicit tibi da mihi  
bibere. tu utique petisses eum & dedisset tibi aquam  
uiuam. Et iterum addidit ad eam. Omnis qui bibit  
ex aqua hac sitit iterum. Qui autem bibit ex aqua  
quam ego do ei non sitit in aeternum. Uides quo-  
modo & bibere. & aqua. nunc quidem corporaliter  
Nunc autem spiritualiter. in uno eodemque accipitur loco.  
Et & illic similiter positum. ubi cecus a natiuitate cecus  
Post hoc dicit saluator. In iudicium ego ueni in hunc  
mundum. ut qui non uident uideant  
& qui uident cecifiant. Nonne & iam hic  
uidere & non uidere. nunc corporaliter. nunc  
spiritualiter intellegitur. Cum uero dicit testificari  
a lege & prophetis si quidem sine lege manifestata  
est. non accipit testimonium legis. si autem ex lege  
accipit testimonium. Non ergo sine lege manifestata  
est. quod cum insolubile sit. nec aliqua possit  
ratione conuelli dicendum est. Iustitiam quidem  
di. manifestari a xpo ihu. praebente ei testimo-  
nium non lege naturae. quae adhuc exigua  
utique est & parua. Sed lege moris. non ea quae  
secundum lit. teram. sed quae secundum spm. De qua  
idem dicit apostolus quod lex spiritalis est.  
Similiter autem & prophetae per eum qui



in ipsis locutus est spm̄ dī. Est praeterea & illa apud  
 apōs de hoc sermone. nisi quid diligentius obseruet  
 mira distinctio; moris est. apud grecos nominibus  
 astra praeponi quae apud nos possunt articuli  
 nominari. Si quando igitur moris legem. nominat  
 solum nomini. praemittit articulum. Si  
 quando uero naturalem uult intellegi sine  
 articulo nominat legem; & hoc ergo in loco ubi  
 dicit. Nunc autem sine lege iustitia dī mani  
 festata est. articulum non habet; in sequenti uero  
 ubi dicit. testificata a lege & prophetis. Secundo  
 in loco legem cum articulo possit. Si ergo suffi  
 cienter patuit de legis appellatione diuersitas.  
 Videamus nunc quae iustitia sine naturali lege  
 manifestetur. Idem paulus apostolus dicit. de xpo.  
 quod factus est nobis sapientia adō & iustitia  
 & sanctificatio & redemptio. Haec ergo iustitia dī  
 quae est xpi. manifestatur sine lege quidem  
 naturali. non tamen sine lege moris uel prophe  
 tis; Dat ei testimonium lex sicut & ipse dicit.  
 Scrutamini scripturas & ipse sunt quae testimo  
 nium reddunt de me. Nam lex quidem naturalis  
 potest occasione praebere & intellectum dare  
 ut dixit uel ad ea quae inter homines agi aequi  
 tas poscit. uel hoc ipsum ut esse sentiat dīm.  
 De xpo autem quod sit filius dī sentire natura  
 liter quis potest. Ideo ergo sine hac lege iustitia



di quae est xpi manifestata testificata ex lege  
& prophetis. Uerum prius ad consequentia propo-  
remus omittenda non uidetur. ne haec quidem ab-  
uatio quod in peccato quidem agnitionem posuit.  
**I**n iustitia uero manifestationem. omne enim quod  
manifestatur lux est. & si quod manifestatur lux est.  
**P**eccatum quod lux non est. non manifestatur sed ag-  
noscitur. Ego sic accipio & illud. nihil occultum quod  
non manifestetur. nec operum quod non reuelat-  
tur. Sed ad propositum reuertamur. Lex ergo &  
prophetae testes sunt iustitiae di. quae iustitia per  
fidem ihu xpi manifestatur in omnes credentes  
in quibus nulla est distinctio. utrum ex iudeis an  
ex gentibus credant. Uide autem quod manifesta-  
dae iustitiae di non unam posuit causam tamen  
modo fidei sed & legem sociat ac prophetas. quod  
neque fides sola sine lege & prophetis manifestat iusti-  
tiam di. neque rursus lex & prophetae sine fide.  
**A**lterum igitur heret ex altero ut sit ex utroque per se  
**N**ullam quid distinctio est. inter iudeos & grecos. Cum  
constet ex aequo omnes sub peccato factos esse. sicut  
supra claruit. & nunc iustitiam di legis & propheta-  
rum testimonius sultam per fidem ihu xpi aequo  
omnibus datam. ex eo quod omnes sub peccato facti fu-  
rant. Alieni sine dubio facti sunt & iam agloria di  
quod tam nec capere ullo genere poterant nec mereri.  
**Q**uomodo enim peccator auderet dare gloriam di.

de peccato in peccato  
222

inquit

quia



Ad quem dicit propheta. Peccatori autem dixit dñs. tu quare  
 enarras iustitias meas. Et iterum alia scriptura dicit.  
 Non est speciosa laus dñi in ore peccatoris. Idcirco iustitia  
 dñi per fidem ihu xpi ad omnes perueniens qui credunt  
 siue iudaei sint. siue greci. purgatus eos a prioribus sce  
 leribus iustificat & capaces facit gloriae dñi. Et hoc non  
 ex meritis eorum. nec pro operibus facit. sed gratis gloria  
 credentibus prestat. Per redemptionem inquit quae  
 est in xpo ihu. Redemptio dicitur quod datur hostibus  
 pro his quos incaptiuitate detinent. ut eos restituant  
 pristinae libertati. Detenebatur ergo apud hostes hu  
 mani generis captiuitas peccato tamquam bella supe  
 rata uenit filius dñi qui factus est nobis non solum sapi  
 entia ad dñm & iustitia & scificatione. sed & redemptio & se  
 metipsum dedit redemptionem id est semetipsum tra  
 didit hostibus. ac sicut eis suum sanguinem fudit.  
 Et haec est credentibus facta redemptio. Sicut & petrus  
 in epistola sua scribit. dicens quod non corruptibili  
 argento uel auro redempti estis. sed precioso sanguine  
 unigeniti filii dñi. hoc fortassis & salomon sub misterio  
 designabat dicens. Redemptio animae uiri propriae  
 diuitiae eius. Si enim requiras quae sint animae pro  
 priae diuitiae inuenies sapientiam diuitiae eius  
 esse & iustitiam & scificationem. haec autem omnia  
 xpm esse dicit apostolus. xpi ergo est animae diuitiae.  
 Et ideo ipse est redemptio eius. Nam corporales  
 diuitiae per nicias magis animae quam redempti.



170  
eius esse credenda est. nisi si ad bonum opus conuer-  
iustitiae & misericordiae fiant. & ex corporalibus diuitiis  
ad animae diuitias transferantur. Quem proposuit  
dñs propitiationem per fidem in sanguine suo ad os-  
tensionem iustitiae suae per remissionem precedentium  
delictorum in sustentatione di ad ostentationem ius-  
titiae eius. in hoc tempore. ut sit ipse iustus. iusti-  
ficans eum qui ex fide est ihu xpi. Cum multa nos  
& admiranda docuisset scilicet apostolus. de dño & salua-  
tore nro ihu xpo. quae per misterium de eo dicuntur  
hoc in loco eminentius aliquid protulit quod non in  
in aliis scripturae locis arbitror inueniri. Nam cum  
superius dixisset quod pro omni genere humano redem-  
tionem semetipsum dedisset. ut eos qui peccatorum  
captiuitate tenebantur redimeret & dum sine do-  
pro omnibus mortem gustat. Nunc addidit aliquid  
sublimius & dicit quod proposuit eum dñs propitiationem  
per fidem in sanguine ipsius. Quo scilicet per  
hostiam sui propitiū hominibus faceret & dñs per  
hoc ostenderet iustitiam suam dum eis remitteret  
& precedentia delicta quae pessimis tyrannis ser-  
uando contraxerant. Eo tempore quo sustine-  
bat & patiebatur dñs haec fieri. sed ad hoc patien-  
tur. ut post haec id est in hoc tempore ostenderet  
iustitiam suam. In consummationem scilicet in nouissi-  
mo tempore manifestauit dñs iustitiam suam  
& redemptionem dedit eum quem propitiationem



fecit. Ne forte si prius propitiatorem misisset. Et non  
 cum multos humani generis repropitiasset do quod  
 in his temporibus quibus iam mundus repletus uideatur  
 hominibus. De enim iustus est & iustus iustificare non  
 poterat iniustos. Ideo inter uentum uoluit esse propi-  
 tiatoris ut per eius fidem iustificarentur. Qui per opera  
 propria iustificari non poterant. Haec quantum  
 ad sermonis ipsius explanationem expectant pre-  
 missa sint ut apostolica lectio euidenti or fiat. Hunc  
 autem ut nobis moris est quid interior sensus apos-  
 tolici sermonis contineat requiramus & primo  
 omnium quomodo dictum sit. quem proposuit de  
 propitiatorium siue propitiatorem per fidem  
 in sanguine eius. Certum est paene in omnibus  
 locis apostoli sensum ex legis & prophetarum  
 manare thesauris. Inquiramus ergo ubi appel-  
 lationem propitiatorum inuenire & unde hoc no-  
 men assumpserit. Memini in exodo loquentem  
 dominum ad moysen & precipientem quae oportet eum  
 facere. Primo quidem mandare arcam & uocetseius  
 atque anulus per arce latera fieri. Post haec & facies  
 inquit propitiatorum ex auro puro duobus cubitis  
 & semis longitudinem eius. & unum cubitum & semis  
 latitudinem eius. & facies duo cherubim ex latere  
 hoc. & aliud cherubim ex latere altero propitiato-  
 rum. & facies ut cherubim duo sint ex duobus lateribus  
 eius extendentia alas suas & ob umbrantia super pro-



propitiatorium & facies sue contra se super propitiatorium  
erunt. & facies cherubim & inpones propitiatorium  
super arcam. & in arca mittes testimonia quae dabo tibi.  
Et innotescam tibi inde & loquar ad te de sursum super pro  
pitiatorium inter medium duorum cherubim quae  
sunt supra arcam testamenti secundum omnia quae  
precipiam tibi ad filios israel. Evidenter appareat quod  
non propitiatorium apostolus in his locis inuentum in suis  
nunc litteris posuit de quo nobis sermo est. & uidetur  
propitiatorium hoc de quo scriptum est in exodo. adriul  
lum nisi ad saluatorem dñm retulisse cum dicit. quia  
hunc posuit dñs propitiatorium per fidem. quomodo  
sane huius ueri propitiatorii forma & figura fuerit  
illud quod in exodo describitur ex auro puro  
factum. Opere pretium est inuestigare. & pri  
mo qui dem considerandum est quibus in locis  
aurum quod in opere assumitur aurum purum dica  
tur. quibus uero in locis aurum tamen modo sine  
ulla adiectione ponatur. Quod ego in pluribus obser  
uans deprehendisse mihi uideor. quod sic ubi cum adie  
ctione purum aurum dicitur. indicet se illam & puri  
tatem animam qui peccatum non fecit. neque inuentus  
est dolus in ore eius. Et ipsi conueniant mensurae istae  
longitudinis. ac latitudinis propitiatorii quam ad  
haec explanare sit arduum & aptare animae illi  
scae singula quoque quod de propitiatorio referuntur.  
Primo igitur uideamus quod dicit longitudinem



propitiatorum. Neque duos solum cubitos habuisse qui  
 numerus sociandis generandis que aptari corporibus  
 solis neque tres integros qui numerus excedere appel  
 lationem creaturae consuevit. Et naturae incorporee  
 consecrari duo ergo & dimidium cubitos longitudinem  
 dicit propitiatorum. & unum ac dimidium latitudinem.  
 quod si audire in talibus fas est. quoniam dicit idem apostolus  
 de christo. quod dei & hominum mediator est. Videtur  
 mihi inter deum & hominem media haec esse animam  
 quae inferior quidem sit a trinitatis natura minus  
 aliquid habens. Nec tamen cum infide infra sit duali  
 numero qui incorporee positus deputatur. absque ex  
 mia & precellenti iustitiam suarum eminentia mis  
 ceatur. Hoc enim ostenditur quod mensura eius supra  
 duos habere aliquid designavit. licet minus tres. sed  
 & quod latitudo eius unum & dimidium cubitum habere  
 memoratur. Propter ea quidem denominandi ac sin  
 gularis vastatione describitur. non tamen ex toto  
 indualem numerum qui interdum & unum pro immundis  
 ponitur corruisse. Quamuis enim carnem naturae  
 naturae suscipere & exincontaminata tamen uirgine  
 assumpta & casta sancti spiritus operatione formatam. Prop  
 ter ea ergo & apostolus de mediatore differens euidenter  
 distinctione signavit dicens. Mediator dei & hominum  
 homo christi ihesu. quo scilicet mediatorem non ad deitatem  
 christi. sed humanitatem quae est eius animare se longi  
 tudo ergo ponitur eius & latitudo. Longitudo illud



significat quod tendit ad dñm trinitatiq; sociatur. .  
Latitudo quod inter homines qualitatam spaciosamq;  
uiam incedere soleant conuersatur. Et ideo media  
toris recte nomine nuncupatur quod ut dixit.  
anima haec sc̄a media quaedam fuit inter diuinitatē  
trinitatis & fragilitatē humanitatis. haec ergo  
Intellegi potest propitiatorium secundum ea quae  
supra diximus. cui super ponitur. u duo cherubim. unū  
exlatere hoc. & unum exlatere altero. Cuius ergo for  
mam duo ista cherubim habere aestimanda sunt. Che  
rubim enim in nostram linguam inter pretatum ple  
nitudinem scientiarum significat. Vbi ergo dicimus  
plenitudinem scientiarum. nisi in eo de quo dicit apō  
tolus. In quo sunt omnes thesauri sapientia & scientia  
absconditi. De uerbo utiq; dī haec dicit apōtolus.  
Sed & de spū sc̄o similia scribit eum dicit; nobis autem  
reuelauit dī per spm suum. Sp̄s enim omnia scruta  
tur etiam alta dī. significat igitur ut ego arbitror  
in isto propitiatorio hoc est in anima ih̄u uerbum dī  
qui est unigenitus filius. & spm̄ eius sc̄m̄ semper habere  
tate. Et hoc est quod indicant. duo cherubim propi  
tatorio super posita. Sed & illud observa quod  
non dixit. cherubim unum exlatere dextro. & cheru  
bim aliud exlatere sinistro. Sed ait. cherubim unū  
exlatere hoc. & cherubim aliud exlatere altero. ut  
ostenderet in illo propitiatorio. hoc est in anima xp̄i  
sinistrum nihil fuisse. Sunt hoc & pinnata duo



haec cherubim & non solum pinnata sed & alas suas  
 pandentia. Siquis eorum summum abere ad testimonium  
 meruit dictum est quia d[omi]n[us] esset cum eo. Sicut  
 ad ihu mane dicitur. & erat d[omi]n[us] cum ipso sicut fuit cum  
 morse famulo eius. sic ubi uero pollicitatio maioris  
 ad munus datur. dicitur d[omi]n[us] & in uero in eis &ambu  
 labo inter eos. Nullam uero inter homines ita beatam  
 & ita excelsam repperies animam nisi hanc solam  
 in quantum latitudinis tantum capacitatis inuenit  
 uerbum d[omi]ni. & sp[iritu]s sc[ilicet] ut non solum habitare sed & alas  
 pandere & nouo sacramenti ritui aliquando & iam  
 uolitare dicatur. Faciem quoq[ue] contra se inuicem  
 super hanc beatam animam cherubim utraq[ue] habere  
 dicuntur. Per quod concors ei & consonus a filio d[omi]ni  
 & ab sp[iritu] sc[ilicet] diuinitatis sensus infunditur. Ubi autem  
 sub ponitur haec anima d[omi]no plena in qua conplacuit  
 habitare omnem plenitudinem ditatis. super arcam  
 inquit testamenti. Potest arca testamenti sc[ilicet] eius  
 caro in qua beata haec anima conlocatur intellegi  
 habens in se testimonia d[omi]ni quae intelleguntur xpi.  
 quae si in carne per tulit passiones diuinis olim  
 predicata testimonius. Possunt & iam uirtutes cae  
 lestes intellegi arca d[omi]ni quae & ipse capaces quidem sint  
 uerbi d[omi]ni & sp[iritu]s sc[ilicet]. Sed preponitur eis anima ihu  
 & ipsa quodammodo mediatrice gratiam diuinae lar  
 gitiois accipiunt. Potest haec & innotescam tibi  
 inquit deinde & loquar ad te de super propitiatorio



non solum moysi sed unicuique scorum qui famulus di est.  
Non aliunde innotescit dñ haec alium deo cognoscitur. nisi  
de propitiatorio isto quo supra exposuimus. Et de medio  
cherubim. hoc & ambacue propheta significat. ubi dicit.  
In medio duorum animalium cognosceris. Dum ad pro  
pinqunt anni cognosceris. & cum ad fuerit tempus  
ostenderis. nemo enim scit patrem nisi filius. & cui uola  
erit filius reuelare. Sed & paulus dicit quod nobis  
reuelauit dñ per spm suum. Propterea ergo dicit  
quod innotescam tibi inde & loquar tibi de super pro  
pitiatorio. inter duo cherubim quae sunt supra arca  
testamenti. Puto autem quod non inportune ea quae  
de exodo assumpsimus explanata sint. ut euident fieri  
sensus. Quomodo apostolus in presenti loco propitiato  
ri nomen assumpserit. Cum dicit quem proposuit dñ  
propitiatorium per fidem. Sed & hoc ipsum quod dicit  
proposuit magis de anima ihu quam de ditate eius dicit  
sentitur. proposuit enim intelligitur quae si prius  
positum. hoc est priusquam esset & quod enim est ponitur  
quod nondum est proponitur. Non ergo conuenit deo  
qui semper erat. id est de uerbo di dici quod propositus est  
sed de anima eius. quae licet & inseparabilis a uerbo di creat  
tamen est & unigenita ditate posterior. Nec incon  
uenienter uidebitur de ea dictum quod ante quam esset pro  
posita est. Et pre ordinata ut esset propitiatorium quod  
ergo secundum ea quae supra exposuimus ihu xpm pro  
posuit dñ propitiatorium per fidem in sanguine eius



Necessarium videtur requirere dedivinis legibus quae sint  
 propitiatio quae per sanguinem fiat. ut ex his collere  
 possumus. Quomodo & iam per sanguinem ihu propitiatio  
 facta sit. Scriptum est in leuitico post pontificis hostia  
 quod si omnis synagoga israhel ignorauerit & latuerit  
 sermo ab oculis eius. & fecerit unum de mandatis dñi quae  
 non sunt & dereliquerit & innotuerit eis peccatum quod  
 peccauerunt. adducet synagoga vitulum & pubis pro  
 peccato. & post pauca & inferet sacerdos qui unctus  
 est ex sanguine vituli in tabernaculum in testimonium  
 & post pauca iterum & faciet inquit vitulum quem  
 admodum fecit vitulum pro peccato. & propitiabit  
 pro his sacerdos & remittetur eis. Per sanguinem ergo  
 repropitiat sacerdos pro omni synagoga aut remittatur  
 eis. Dequiramus nunc singula quodq; nomina quae de sal  
 uatore scripta sunt & in singulis appellationibus quae  
 sint quae designentur diligentius contemplamur. In  
 uerba igitur quae quidem in ipso conplacuit habere a re  
 omnem plenitudinem diuinitatis corporaliter esse  
 ipsum & propitiatorium & pontificem & hostiam  
 quae offerretur pro populo. Et quidem de propitiatorio  
 iam satis dictum. sed & de pontifice euidenter dauid  
 in psalmo. & apostolus paulus ad hebraeos scribi quod haec  
 sit & hostia testatur iohannis dicens. Hic est agnus dei  
 qui tollit peccata mundi. Secundum hoc ergo quod hos  
 tia est profusione sanguinis sui propitiatio efficitur  
 in eo quod ad remissionem precedentium delictorum.

di est.  
 nisi  
 e med  
 dicit  
 pro  
 mpus  
 u uola  
 bis  
 dicit  
 er pro  
 ra ara  
 a quae  
 fieri  
 pitiatio  
 sunt d  
 d dion  
 as dicit  
 rius  
 uonit  
 it deo  
 itus est  
 li creat  
 icome  
 efficit  
 um que  
 om pro  
 e etat



quaetamen propitiatio adunum quemq  
credentium per uiam fidei uenit. Nisi eni  
daret remissionem precedentium delict  
torum propitiatione probaretur effecta.  
Cum uero peccatorum remissio tribuatur.  
Certum est propitiationem effusionis sacri  
sanguinis adimpleat. Absque sanguinis  
effusionem sicut dicit apostolus non sit remis  
sio peccatorum. Uerum ne paulus tibi solus  
presumpsit se propitiationis non uidetur  
in xpo. Audi quomodo et iohannes consono  
de hoc sensu loquatur. Cum dicit filiolum  
haec scribo uobis ut non peccetis. Et si quis  
peccauerit aduocatum habemus apud  
patrem ihm xpm iustum et ipse est propiti  
atio pro peccatis nr̄is non solum autem pro nos  
tris sed pro uniuerso mundo uno igitur  
eodemq; sensu apostoli propitiatorium uel pro  
pitiationem uel ut in latinis codicibus frequen  
tius inuenitur propitiatorem nominat xpm.  
Sed nihil inter est siue propitiator siue propi  
tatio siue etiam exoratio scriptum sit.  
Cum apud grecos uno semper eodemq; sermo  
preferatur. Nisi forte uideatur quibusdam pro  
pitatio ipsa eius diuina substantia propiti  
ator uero cum dispensationes in hominibus  
expleat intellegi. Sed et quod dixit iohannes



quod ipse est exoratio pro peccatis nostris. Non  
 solum haec pro nostris sed pro uerso mundo que  
 dam nobis intulisse uidetur agmentamur  
 ter. Ut ostendat ihm propitiatorum esse  
 non solum credentium. Uerum et totius mun  
 di non tamen prius mundi et tunc nostrum.  
 Sed prius nostrum et ita demum totius mun  
 di. Quamuis enim uniuersa creatura gra  
 tiam redemptoris expectet. Unus quisq;  
 tamen in suo ordine ueniet ad salutem.

Hoc in die arborum et in leuitico ubi re  
 propitiati omnis hostiae per pontificem  
 mandantur offerri. Nec tamen in his sacri  
 ficiorum confusus ordo ponitur. Sed pri  
 mo quidem dicitur quae sit propitiatio et  
 qualis hostia. Si sacerdos peccauerit offe  
 ratur. Secundo. Si omnis synagoga delique  
 rit per ignorantiam uisus modi uictimis  
 placeat deo. Tercio. si princeps peccauerit  
 quo ordine purificandus sit scribitur.  
 Quarto. Si anima una peccauerit etiam  
 de hoc quisit expiandus ritus exponitur.  
 Quae singula mystico intellectu futuram xpi  
 propitiationem non solum pro peccatis nostris  
 sed et pro uniuerso mundo certis quibus or  
 dinibus et modis causisq; designant.  
 Siqui tamen haec secundum illam reuelat



tionem quae mor si in monte demonstrata  
et se dicitur. sc̄i sp̄i Inluminatus aspiciat.  
Fit ergo per reppitiationem sanguinis xp̄i  
remissio precedentium delictorum in sus-  
tentione d̄i ad ostensionem iustitiae suae. Sus-  
tentio d̄i est. ubi peccator non statim puniatur  
ut peccat. Secundum quod ibidem apos-  
tolus dixit. Per patientiam d̄i adducitur  
ad patientiam. Et in hoc ostendere dicitur  
iustitiam suam d̄i. Bene autem addidit  
in hoc tempore. presentis enim saeculi tempore  
in sustentationem est iustitiae d̄i. Futurum uero  
in retributionem iustum namq. apud d̄m iustum ē.  
Ut quod futurum sc̄m ad iudicium statuerat. Presentis sus-  
tentioni & patientiae deputare. Nam si puniret in hoc  
tempore peccatorem iustum non uideret. Iterum ad  
iudicium quem puniret & euocare. Si uero sustente-  
& patientia in presenti sc̄to recte erit iustus iudex in futuro. Iusti-  
ficat ergo eum qui ex fide est. sicut & de abraham scriptum ē.  
quia credidit abraham d̄o & reputatum est ei ad iustitiam.  
Quasi abraham ex credidit ex fide iustificatus est. Consequens  
sine dubio erit. ut & nunc qui credidit d̄o per fidem ih̄u xp̄i  
iustificetur cum fidei abraham. Ubi est ergo gloriatio tua  
exclusa est per quam legem operum non sed per legem  
fidei. Arbitratur enim iustificari hominem per fidem sine  
operibus legis. Iterum ac sepius eorū monemus eos qui scrip-  
ta pauli diligentius aduertere cupiunt. distinctionem illi



quod supra diximus obseruare. Tenacius quoniam nunc circumei-  
 sionis causam. nunc preputii. id est iudeorum uel gentium  
 discreto semper tramite prosequatur. Si enim paululum  
 quid fugerit legentem. continuo angustabitur. & ex illis intelle-  
 gentiae semita per turbabitur. Igitur cum superius osten-  
 disse apostolus quid ecce amplius iudeo. tunc quae utilitas  
 circumcisionis. & docuisset quod primis illis credita sunt elo-  
 qui ad dei. & per haec uisus fuisse extollere eorum iactantiam  
 qua aduersum gentes erigi solent. & rursum contra haec  
 insequentibus obiecit iustitiam dei per fidem ihu xpi esse.  
 In omnes qui credunt. neque habere aliquam distinctionem.  
 sed omnes deliquisse iudeos & grecos. & egere gloriam dei.  
 & iustificari per gratiam ac redemptionem quae est in xpo.  
 ihu. Ipsum quod est propitiatorium per fidem & iustifi-  
 cari ab eo omnem qui ex fide est. Nunc iam uelut conclu-  
 sione adser tionum suarum ponens in hoc loco dicit. Ubi est  
 gloriatio tua exclusa est. per quam legem operum. non  
 sed per legem fidei. sine operibus legis. Et dicit sufficere  
 solum fide iustificationem. Ita ut credens quis tamen mo-  
 do iustificetur. etiam si nihil ab eo operis fuerit expletum.  
 In minec igitur nobis qui integra esse scriptura apostoli  
 conamur asserere. & ordine suo cuncta constare. Ut  
 requiramus quis sine operibus sola fide iustificatus sit.  
 Quantum igitur ad exemplum pertinet sufficere.  
 arbitror illum latronem qui cum xpo crucifixus. cla-  
 ma uerit de cruce. dne ihu memento mei cum ueneris  
 in regnum tuum. Nec aliud quisquam describitur



boni operis eius in euangelio. sed pro hac sola fide ait eum. A  
mendico tibi hodie mecum eris in paradiso. Aptemus tunc  
si uideatur causae huius latronis uerba apostoli pauli. & di  
camus ad iuducum. ubi est gloria tua. Certum quod ex  
clusiue. exclusiua autem non per legem operum. sed per le  
gem fidei. Per fidem enim iustificatus est hic latro sine  
operibus legis. quia super hoc dominus non requisit quid prius  
operatus esset. nec expectauit quid operis cum credidisset ex  
plorat. sed sola confessione iustificatum comitem sibi eum  
paradisum ingressurus adsumpsit. Sed & mulier illa que  
in euangelio secundum lucam refertur. Quod cum cog  
nouisset quia ihesus recumbit in domo pharisaei. detulit uis  
unguenti & stans retro ad pedes eius ac fletis lacrimis la  
uit pedes eius. & capillis capitis sui deterxit. & osculabatur  
atque unguebat unguento. Videns autem pharisaeus qui  
eum uocauerat dixit intra se met ipsum. hic si esset pro  
pheta sciret utique quae & qualis est mulier que tangit pe  
des eius quia peccatrix est. Ihesus autem dixit ad eum parabo  
lam quingentorum uel quinquaginta denariorum. &  
ex nullo legis opere. sed pro sola fide. ait ad eum remittan  
tur tibi peccata tua. & iterum. fides tua saluam te facit  
uade in pace. Sed & in multis euangelii locis. hoc sermone  
usum legimus saluatore. ut fidem credentis causam  
esse salutis eius. ex quibus omnibus claret. quia recte ar  
bitratur apostolus iustificari hominem per fidem sine  
operibus legis. Sed fortassis haec aliquis audiens rebu  
uatur. & bene agendi negligentiam capiat. si quidem



ad iustificandum fides sola sufficiat. ad quem dicemus quia  
 post iustificationem si in iuste quis agat. sine dubio iustificati  
 onis gratiam sperat. Neque enim ob hoc quis accipit ueniam  
 peccatorum. ut rursus sibi putet peccandi licentiam data  
 indulgentia namque non futurum. sed propteritorum crimi  
 num datur. Igitur ut ad propositum redeamus. iustifica  
 tur homo per fidem. cum ad iustificandum nihil confer  
 operalegis. Ubi uero fides non est quae credentem iustifi  
 cat. etiam si opera quis habeat ex lege. tamen quia non sunt  
 iustificata supra fundamentum fidei. quamuis uideantur  
 esse bona. tamen operatore suum iustificare non possunt.  
 quia eis deest fides quae est signaculum eorum qui iustifi  
 cantur ad deum sicut superius diximus. Quia credidit abraham  
 deo & reputatum est ei ad iustitiam. Tamen est ut is qui iusti  
 ficatur per gratiam fidei dicat secundum paulum. Quia  
 gratia di quae data est mihi inanis non fuit. Excluditur er  
 go omnis gloriatio quae ex legis operibus uenit. Et ut adhuc  
 manifestius fiat. quia dominus exemplum dabimus ex his quae  
 in euangelio scriptae sunt. Ubi ascendit pharisaeus & publi  
 canus ad templum dei. & stans inquit pharisaeus in medio  
 dicebat. Disgratia tibi ago quoniam non sum sicut ceteri homi  
 nes. raptores iniusti adulteri. uelut sicut publicanus iste.  
 leuino bis in sabbato. decimas de omnium quae possideo  
 & ita. Et haec fortassis uere dixerit. sed secundum domini  
 sententiam iactantiae morbo corruptus non descendit  
 iustificatus ex templo. Talis ergo gloriatio. quae ueniebat  
 ex operibus legis excluditur. quia non habet humilitatem



crucis xpi. In qua qui gloriatur. Audi quid dicit. Mihi  
autem absit gloriari nisi in cruce dñi mei ihu xpi. Per  
quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Un-  
des apostolum non gloriantem super iustitia sua ne-  
super castitate. neq. super sapientia. neq. super ceteris  
uirtutibus uel actibus suis. sed apertissime pronuntian-  
tem & dicentem. qui gloriatur. In dño gloriatur. Et  
sic exclusa est iudaica gloriatio. non per legem operum  
sed per legem fidei quae est in xpo ihu. In cuius cruce glo-  
riatur apostolus. Quis enim recte uel super castitate  
sua gloriabitur. cum scriptum legit. Quasi quis se  
pexerit mulierem ad concupiscendum eam. lam mo-  
chatus est eam in corde suo. Unde & propheta dicit  
Quomodo gloriabitur quis castum se habere cor. aut  
quis gloriabitur super sapientia. qui scriptum uidet  
Quia mundus per sapientiam non cognouit dñm. & illi  
placuit dō p̄ stultitiam p̄ dicationis uos facere credentes  
Et iterum quae est stulta sunt mundi elegit dñs ut confunderet  
sapientes. Quis autem uel super stultitia sua glori-  
bitur. cum audiat dñm p̄ prophetam dicentem.  
Quia omnis iustitia uera sicut pannus mulieris mensura-  
te. Soligitur iusta gloriatio est in fide crucis xpi.  
quae excludit omnem illam gloriationem quae des-  
cendit ex operibus legis. Haec autem nobis dicitur  
pro eo quod tamquam inter rogantes sermone  
dixit apostolus. Ubi est ergo gloriatio tua. Et  
haec sibi ipse respondet. exclusa est. Et rursum



quae super se interroget. ait per quam legem operum. & re-  
 spondet sibi ipsi. non sed per legem fidei. Arbitratur enim  
 iustificat hominem per fidem sine opere. Legit. De his ita  
 supra diximus. Quia uero etiam in presenti loco duarum legum  
 facit iterum mentionem. & dicit legem operum & legem  
 fidei. Considera etiam ipse qui legit. utrum ad legem  
 moysi & legem naturalem sermo hic debeat inclinari.  
 Non ad legem litterae & legem spiritus. quia lex litterae  
 occidit & mortem operatur. Lex autem spiritus uitae libe-  
 rat a lege peccati & mortis. Unde & conuenienter in  
 consequentibus ponit. An iudaeorum dominus tamen nonne &  
 gentium. quo quidem unus dominus qui iustificat circumcisio-  
 nem ex fide. & preputium per fidem. his quidem qui a-  
 lium uolunt esse iudaeorum dominum & alium gentium.  
 Id est alium legis & alium euangeliorum. Satis de hoc certis  
 angustia & uariis responsio apostolo paulo. abun-  
 dantius satis ante sententiam suam. & non solum unum  
 dicit esse dominum iudaeorum & gentium. sed addat quod  
 idem utique ipse sit qui iustificet circumcisionem ex fide  
 & preputium per fidem. Quia & si circumcisionem  
 per allegoriam suscipere uoluerint aut sanctos & spirita-  
 les quosque ab eo circumcisionem dicant esse appellatos  
 statim in consequentibus inuenient obicem. Si enim  
 circumcisionem sanctos uelut ut illi nominant appellant.  
 Consequens est ut preputium peccatores dixerit quos  
 ille animales uocat. Et quomodo conueniat ut bonus  
 dominus pariter spirituales animalesque iustificet. Illis ergo



in his apostoli sermonibus nodus inextricabilis erit.  
secundum nos uero qui circumcisionem eius quae ex  
duobus crediturum. & preputium eos nihil hominis  
qui ad fidem ex gentibus uocati sunt. Dicimus plana  
erit & facilius exposito. Idem enim ipse dicitur ex utroque populo  
credentes non circumcisionis aut preputii privilegio  
sed solius fidei contemplatione iustificat. Super est etiam  
nisi syllabae differentia in qua uarias se uidet apostoli  
non nos otiosae praeterit quod dicitur quia circumcisione  
ex fide iustificet & non per fidem. Preputium uero per  
fidem & non ex fide. Non enim mihi uidetur superfluum  
apud eum haberi ista prepositionis nunc commotum  
quia inuenimus ab eo & in alius locis non utlibet sed ob  
seruantur haec posita. & necessario differentiam dis  
tinctionis huius esse seruata. sicut cum deo loquitur  
dicit. quod ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et iterum  
alibi dicit. Sicut enim mulier ex uiro. sic & uir  
mulierem. omnia autem ex deo. Tale est & quia ad corinthios  
scribit alii quidem per spiritum dicitur sermo sapientiae. alii  
sermo scientiae secundum eundem spiritum. alii fides in  
eodem spiritu. & non solus paulus apostolus harum dis  
tinctionum obseruantias tenet. sed et iohannes qui  
cum de uerbo dei dicit. quia omnia per ipsum facta sunt.  
Uitam non per ipsum sed in ipso facta esse testatur.  
dicit quod factum est in ipso uitae. Et quomodo multum  
ut ea quae nunc exempli causa protulimus exponamus  
sensum eorum pro capite nostro breuiter colligamus.



cum dicitur ex ipso principale aliquid huius propositionis  
 Indicio uidetur ostendi. Cum uero per illud dicitur se-  
 quentis causae id est eiusque post principalem est intel-  
 legentia designatur. Ut uerbicauis dicamus quia ait  
 ex ipso & per ipsum & in ipso omnia. Ex ipso primae crea-  
 tionis omnium & hoc per ipsum quia quae sunt ex dō  
 esse coeperunt significantiam dedit. Per ipsum quia  
 ea quae prius facta fuerunt reguntur & dispensantur  
 per eum a quo subsistendi initium trahant. In ipso quia  
 huius iam correcti & emendati sunt in ipsius perfectio-  
 ne consistunt. Sicut ergo plenissimae rationis tenere  
 differentias edocent. Ut quia subsistimus ex dō habere  
 dicimus quia dispensamus & regimur per ipsum fieri desig-  
 netur. Quod uero in summa perfectionis consistimus in ipso  
 esse declaratur. Potest & in ipso loco talis quaedam  
 obseruari differentia. ut circumcisio quae uelut primo  
 loco & ordine iustificatur ex fide & non per fidem iustifican-  
 da memoratur. Preputium uero quae secundo loco ad ius-  
 tificationem trahit non ex fide sed per fidem iustificandū  
 dicatur. Preputium quia & in ea differentia quam sup-  
 diximus. Sicut enim mulier ex uiro. ita etiam per mulierem  
 plenius ista designentur. Primo & enim loco uir est ex  
 quo descendere mulier dicitur & non per uirum.  
 Secundo uero in loco per mulierem uir quia ministrare  
 quodcum modo mulier uidetur auctori uiro. & ideo  
 per mulierem uir dicitur nasci & non ex muliere. Sed  
 fortassis occurrat aliquis huic de muliere & uiro expo-

no



stioni nr̄e & obicit illud qui adixit apostolus de xp̄o  
factum ex muliere factum ex lege. & non dixit factum p̄  
mulierem, cui hoc modo respondendum puto. De omni  
quidem homine conueniet dici, qui a per mulierem factus  
sit. quō quidem priusquam per mulierem nasceretur ex  
uero accipit exordium. Xp̄s uero qui non ex semine uir car  
nis suae sumpsit originem. Merito ex muliere factus dicitur.  
Ipsamq; id est mulierem. & in ipsa principali origo carnis ei  
adscribitur. Et recte non per mulierem, sed ex muliere fac  
tus ab apostolo memoratur. Iustificabit ergo unus utq;  
idem d̄s circumcisionem ex fide. & preputium per fidem.  
Quod si requirit aliquis curiosius inquit ex fide iustificatur  
per quem iustificatur. Et rursum hi qui per fidem iustifi  
cantur, ex quo iustificatur. Licet fortassis multa curiosi  
tas hoc iudicatur, tamen conuenienter dicere possumus  
quod qui ex fide iustificatur. Initio ex fide sumpto per adim  
pletionem bonorum operum consummatur. & qui per fidē  
iustificatur ab bonis operibus exorsus per fidem summam p̄  
factoris accipiunt. Ita utrumque sibi adherens alterum ex  
altero consummatur. Et preterea puto apostolum istam  
in consequentibus posuisse. Legem ergo uacua nisi per fidē  
absit, sed legem statuimus quō in superioribus ad fidem  
cuncta uisus est reuocare. Ipse sibi quod ab alia alio p̄poni  
posset obtendit. & dicit si per fidem iustificatur homo &  
non ex operibus legis. & si d̄s circumcisionem ex fide iustifi  
cat & preputium per fidem. Legem ergo nisi opauit  
destrue per fidem, sed ad hoc ipse respondens dicit, absit.



Immo legem statuimus. hoc ē confirmamus. Sed opere  
 p̄putatum est uidere. quō legem se confirmare pronuntiet  
 qui superioribus dixerit. quia non iustificatur homo ex  
 operibus legis. Saluator in euangelio dicit quod moyses  
 de se scripsit. qui ergo non credidit xpo de quo moyses  
 scripsit in lege. destruit legem. Qui hoc credit xpo de quo  
 moyses scripsit. legem confirmat per fidem. quia credit  
 in xpm. Eadem autem dicimus in patrem & filium & sp̄m  
 scm̄ integrā plenā perfectā. quō nihil diuersum.  
 nihil discrepans aut extraneum in trinitate proficitur.  
 Nam in actione quā alium dicit dñm legis. alium patrem  
 xpi per fidem suam non stabit neq. confirmat. sed destru  
 it legem. hoc & hebrion facit. hoc & omnes qui in fide catho  
 lica aliquid corruptionis interserunt. Ego etiam illud  
 conuenienter adiciam. quod dominus qui xpo credens bene  
 agit & continet se ab omni macula peccati. hic legem direc  
 te confirmat. Qui uero preceptis peccatorum utitur agit.  
 & sine ullo penitendi retinaculo assidue uice scelerum  
 maculatur. Hic etiam si credere xpo uideatur p̄ fidem suā  
 non statuit. sed destruit legem. Sed & illa nequaquam no  
 bis p̄tereundi uidetur obiectō. quam proferre quis potest  
 & dicere. quod contraria sibi scribere uideatur apostolus.  
 cum in p̄senti loco quidem dī non destruit legem. sed con  
 firmare. In secundo uero ad corinthios ita scribit. Quo  
 si ministerium mortis in litteris formatam in lapidibus.  
 factum ē in gloria. ita ut non possent intēdere filii sūt in  
 faciem moysi propter gloriam uultus eius quā destruetur.



Quo non magis ministerium ipserit in gloria. Et paulo post.  
Si enim quod destruitur per gloriam. multo magis quod  
manet in gloriae. Dicit ergo potest quia gloria multis mo-  
y si qua destruitur. & hoc quod dicit. si enim quod destrui-  
tur per gloriam. contrarium uideri huius sententiae qua  
pronuntiat non destrui legem per fidem. sed statu-  
mus & confirmamus. Sed uide si possumus hoc modo quod  
intenti absolueri non est idem que dixit legem destrui  
& lex destruitur. Paulus ergo in presentia loco hoc pronuntiat  
quod legem ipse non destruit. Nam & si destruitur lex  
per eam quae super eminet gloriam & non per paulum  
neque per alium aliquem sanctorum destruitur. Unde & ip-  
se dominus dicebat. non ueni soluere legem. sed ad imple-  
re. Nullus ergo sanctorum. nec ipse dominus destruit legem.  
Sed gloria eius temporalis & pertransiens a gloria aeterna  
& permanente destruitur & superatur. Unde uide quod  
caute & specialiter apostolicae legendae litterae.  
Non dicit. neque enim glorificatum est quod gloriosum  
factum est. & sicut. Alioquin falsum uideretur. Quo-  
modo enim gloriosum est non esse glorificatum. sed addi-  
dit propter eum quae super eminet gloriam ut ostende-  
ret. ut a quo cumque destruit gloriam moysi. id est legis.  
sed ut diximus ex comparatione maioris gloriae quae in  
christo est. Obtegi & obscurari eam gloriam quae in lege est.  
Et ideo dicit. Si enim quod destruitur per gloriam est.  
multo magis quod manet in gloriae. manere quae christum  
dicit destrui quae moysi sunt. Sed destrui non per homine



sed ex comparatione ut diximus super uementis glorie .  
 Quo quidem lex pedagogus noster fuit in xpm donec ueniret  
 plenitudo temporum . Et sicut dicimus necessarium esse  
 opus pedagogi donec paruulus est is qui sub pedagogo . aut  
non proprius sed pro impiis mortuus est. Impii namque era-  
 mus ante quam conuertere mur ad dñm & xp̄m at que mor-  
 tem pro nobis ante quam crederemus ex cepit; Quia pro  
 cuius dubio non fecisset nisi nimiam erga nos habuisset & a-  
 bundantissimam caritatem. uel ipse dñs noster ih̄s xp̄s  
 moriendo pro impiis. uel d̄s pater unigenitum suum pro im-  
 piorum redemptione tradendo. Cum enim uix aliquis pro  
 iusto moriatur. & dubitet unusquisque mortem subire & iam  
 si mortis iusta sit causa. quantus est hic & caritas eius erga  
 nos. Quanta pensanda est qui secundum illud tempus quo  
 passus est pro impiis & in iustis mortem per p̄ci non refugit.  
 In quo utique summe illius diuine bonitatis indicium est.  
 Nisi enim esset hic ex illa ueniens substantia & illius patris fi-  
 lius de quo dictum est; Quia nemo bonus nisi unus d̄s pater.  
 tantam utique erga nos bonitatem non potuisset ostendere.  
 Unde quia ex hoc tantae bonitatis indicio ipse esse hic agnosci-  
 tur bonus; pro hoc bono forsitan quis & audeat mori.  
 Cum enim cognouerit unusquisque tantam erga se bonitatem  
 xp̄i caritatem que eius habuerit in corde diffusam non solū  
 mori pro hoc bono; s; & audaciter mori desiderat quia rebus  
 ipsi operibus sepe uidemus impleri. Cum huic in quorum  
 cordibus abundanter diffusa est caritas xp̄i sponte  
 & cum omni audacia semet ipsos per sequutoribus  
 offerunt & non xp̄i audiente mundo coram angelis & ho-  
 minibus consentant; Et non solum iniuriam pati pro nomine  
 eius s; & mortem pro hoc bono subire audeant; Quamuis  
 pro iusto quis periret. est etiam amor uitae huius tantus;



ut & iam cum iusta causa mortis aduenit uix unus quisque  
mortem patienter accipiat iusta autem causa mortis uidetur  
Cum nature lege defertur & quam iustitiam sit conditionem  
mortalitatis. Uix tamen amplacitur animus nature legibus  
cedere. Uix ergo proliusto quis moratur. Nam pro bono audet  
quis mori & audacter occumpit precipue si intellexit que  
cum adhuc secundum tempus impu essemus & infirmi ipse  
prior pronobis mortuus est & quomodo non qui haec sibi ab illis  
prestita prius esse cognoscit mortem quam ille mat impendit  
hic bono recedit. Arguit autem illorum error qui hunc  
locum ita interpretandum putarunt. ut quod dicit uix  
enim proliusto quis moratur de dō legis quem iustum non bonum  
dicunt intellegi debere confirmant. bonum autem xpm  
tanquam boni patris filium adseuerent sed quidam gentes  
quia inuenimus & in lege martij res molitos legunt macha  
beorum libros ubi cum omni instantia beata mater cum  
ui filius martij rium suscepit; Quique non solum martij  
rium patienter excipiunt; uerum & contumelias inger  
unt tyrannum & uideant si uerum est quia dicit quia uix  
proliusto quis moratur; uideant tres pueros in camino  
ignis ardente cum omni fiducia profidelebertate  
conlectos & dicant q proliusto quis moratur; Sola  
ergo mors est pro dō que cum omnia audacia suscipit  
omnis autem reliqua mors uix tollerantur subtrahit  
& iam si iustitiam & humane conditionis lege discen  
dat. Commendat autem suam caritatem ad inno  
bis. qm sic cum adhuc peccatores essemus xpe pronobis



mortuus est. multo magis ergo nunc iusti in sanus ipse salus est ab ira  
 pro ipso. Cum dixisset in superioribus quia Christus secum tempus adhuc  
 pro impiis mortuus est nunc ostendere ex hoc uult dei caritas erga homi-  
 nes magnitudinem quia si erga impios & peccatores tanta exstitit  
 ut pro salute eorum uult cum filium dare; Quarto magis erga  
 conuersos & emendatos & ut ipse ait sanguine suo redemptos largior  
 & diffusior erit. Non puto sane quod totos ait apud paulum uarietas  
 ista uerborum quia aliquando infirmos aliquando impios aliquan-  
 do peccatores nominat pro quibus Christum mortuum dicit & quam uis  
 imperium se fateatur in sermone non tamen arbitrator quia in his  
 ille per imperiam. Sed potius profundam seientiam uariam uertit.  
 pro hec nam que tres omne peccati collegitur genus; Aut enim  
 ignoras deum quas & uolens seruare mandatum uincitur fragilitate  
 carnis & in lecebris presentis uite deceptur & infirmus appellatur;  
 Aut sciens uolens que contempnit mandatum & odit disciplinam  
 dei propterea sermones eius post se & peccator nominatur; Id  
 circo quia sequentes deum patrum suorum deos gentium  
 colunt; Qui uero paulus secum peccatoribus numerat quinquaginta  
 dicit nos natura iudei & non ex gentibus peccatores humilitatis  
 aut est uirtus; Imitatur enim illam qui cum peccatum non fecisset  
 peccatum pro nobis factus est; Et cum de eterne littere homi-  
 nis conuersus est commendat ergo suam caritatem deum in nobis  
 hic commendat & confirmat intellegitur amabilis factus  
 pro beneficiis presentis. Quia enim Christus cum adhuc peccatores  
 essemus pro nobis mortuus est spem nobis dat quia malito  
 magis nos a peccato purgatos & iustificatos ab ira quia in minet  
 peccatoribus saluauit per ipsum & quia alienos & inimicos.



Ita diligit; ut pro nobis ad mortem unicum suum dare  
multo magis suos effectos & reconciliatos sibi eternam sa-  
lutem donavit; Quomodo autem xps pro nobis mortuus  
sit & quomodo cum sit agnus dei tulerit peccatum mundi  
& infirmitates nostras portauerit & pro nobis doluerit  
sepe a nobis in aliis dicta sunt locis; ubi adhibuimus & ea  
que in secularibus historiis feruntur; quae etiam apud  
ipsos nonnulli pestilentias & turbines aliaque in his si-  
milis prohibentur mortem se uenendo repulisse & patriam  
& gentem suam in iminentes cladis excidio liberaisse; qua  
quidem quam uere scripta sunt & quid traditionis habent  
si uera sunt deest nosse solius nullas sunt ipsorum de qui-  
bus ista narratur; ne ficto quidem sermone totius  
mundi peccata absoluisse perhibet; Nisi ihu solus qui  
cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est sicut  
ipsum exinanuit secundum uoluntatem patris forma  
seruis suscepta obtulit uictimam pro unum somundo  
tradens sanguinem suum principi uiuis mundi secundum  
sapientiam quam nemo principum huius mundi cognouit  
scientiam cognouissent numquidam maiestatis cruciatum  
sunt nec sanguis ille quiesceret non tam situm quam in  
eorum exangueret regnum quod si tribueret in caele-  
stibus illud quia dñs in euangelio dicit; Ecce uenit  
princeps huius mundi iudicatus est & illud ecce uide-  
bam satanam sicut fulgor cadentem de caelo; multo  
inquit magis iustificati uincunt in sanguine eius saluati  
mus ab ira per ipsum in superiorem quidem dixerit



iustificati igitur ex fide pacem ab eam addim & nunc dicit multo  
 magis nunc iusti in sae sp saluorimus ab ira per ipsam ex quo ostendit  
 quia neque fides nam sine xpi sanguine nra que sanguis xpi nos sine fidem  
 iustitiam iustificat ex utro tamen multo magis sanguis xpi quia fides nam  
 iustificat: Et ideo mihi uideat cum in superioribus simpliciter dixerit  
 iustitiam ex fide hic addisse multo magis ergo nunc iusti in sanguis eius;  
 uideat quia ab ira uentura & iam si fides nam nos saluet & iam  
 spera iustitiae super haec tamen omnia multo magis sanguis xpi saluos  
 iustificat ab ira uentura. In uero di quando in telli debet in secundo  
 in palam expositione plenius dictum est: Et quomodo possit impleri  
 quia scriptum est ut salui officiam fugientes ab ira uentura & iram  
 quidem fugientem ita comprehendat. Sec tan tes uero iustitiam  
 p dicitatem fidem caritatem patientiam mansuetudinem  
 & cetera his similia. Irataque cui tra dicitur unus quisque pro  
 meritoria & merito peccatorum deo tamen secundum scriptum est  
 in sermone septimo psalmo non accendente omnem iram suam  
 qui enim sufferre possit si non iram aduersum peccatores accen  
 dente dñs cum tam terribilis sit illud quod in caritate mori si p  
 non natus ubi dicit quod dignus accensus est ex furore meo ardebit  
 atque ad infernum in ferretur: Comedit terram & nascencia eius con  
 flauit & conflauit fundamenta montium: Intuere ergo quia  
 ignis ita quidem iram de furore dñi accenditur terram & infernum  
 infernum in ferretur comedit & opera terrena consumet & confluat  
 & non ex caelo montium sed fundamenta. Id est non sublimis au  
 ma neque caelestis sensus sed humi atque in terram de recosū & iam  
 in profundum terre ut si montium fundamenta demerisset palulū  
 ergo & iam de ira oportuit disseri ut apertius nosceret aquibus.





nos malus xpi sanguis eripuit sicut enim cum inimici essemus recon-  
ciliati sumus deo per mortem filii eius multo magis reconciliati  
erimus in vita ipsius. Non solum autem sed & gloriamus in deo per  
dominum nostrum Iesum Christum per quem reconciliationem accepimus  
quod dicitur; Cum inimici essemus reconciliati sumus deo eius donum ostendit  
non esse aliquam substantiam quod fecit distinctionem materialis  
tuali in natura uterque inimicus sit deo; Alio quoniam inimicum est  
natura est & non uoluntatis reconciliationem utique non habet;  
Vbi autem ex inimico quis amicus efficitur; Certum est quod deus  
opera agit que non amant deum inimicus est deus; & unus quisque tam  
grauis & tam odibilis efficitur inimicus quam multi caeteri operum  
inimicus; Digna sunt ergo mensura & gradus quidam in his peccatorum qua-  
litate uel quantitate distincta qui inimici sunt deo; unde & ille qui super  
omnes a paulo ultimus inimicus destruendus est memoratur; Non autem  
iure & ordine & iam eos que reconciliati sunt per mortem filii eius  
inimicus haberi; Certum est & esse aliquem ita amicum sicut non est  
amicus dei appellatus est esse que que alios quibus dicit saluator. Iam  
non uos dico seruos sed amicos; Credo autem esse adhuc magis similem  
aliquos in celestibus amicus apud deum uel illos qui semper uidentur facere  
deum. eos qui semper adsunt in conspectu altissimi ut sicut supra  
diximus esse quosdam nouissimum inimicum ita & ibi prout uerum  
merito absentur aliqui summi amici; cum ergo huiusmodi nescio si  
qui adhuc permanet in his operibus quod deus & pro quibus inimici  
tate sunt inter deum & omnes reconciliatus deo sanguinem christi merito  
dicitur; Quomodo enim reconciliatus est quisque inimici sunt  
gere. paulus merito de se & sibi similibus dicit quia cum inimici  
essemus reconciliati sumus deo per sanguinem filii eius gradus quod deus est



ubi in hac reconcilia uis facta est ubi inimicitias Inter dñm & homi-  
 nes non sermo peccatoris sed sanguis Intercessoris absoluit Inter un-  
 nos conuersa ad inimitias. Et agere ea quod odit Ille quem nobis  
 In effusio sanguinis sacri reconcilia uisamus; Non plenius & iam  
 distictius ipse paulus scribens de ratione reconciliacionis & humilitatis  
 hac profusione sanguinis xp̄i commemorat; Quos si his ligamus aperire  
 locum presentis capitali fatalius possunt; At ergo ita propter quia  
 memor est eius qui ali quando gentes In carne dicebamus propitiū  
 habere q̄d̄ circumcisio In carne in unius facta quō erat ille temp̄  
 sine xp̄o alienata a conuersis fuit & peregrini promissionis testamen-  
 torum eius spon non habentes & sine dō In hoc mundo Nunc autem  
 In xp̄o In uos quales quando eratis longē faciebatis prope In sanguine  
 xp̄i; Ipse est enim pax nostra qui fecit utraque unum & medium pa-  
 rietatem maceris soluens In unius In carne sua legem manda-  
 tionum In decretis euacuans; Ut in conderet In semet ipso In uno  
 nouo homine faciens pacem ut reconciliaret & utrosque In suo  
 corpore dō per crucem Interficiens In inimitias In semet ipso; Et  
 uos euangeli; auct; pacem uobis qui longe & pacem In his qui pro pe-  
 cā per ipsam habemus accessum utriusque In uno sp̄u sed pr̄pue;  
 In his il lud obserua quia xp̄i medium parietatem maceris soluit  
 In carne sua Id est In unius & quia reconciliauit utroque In u-  
 no corpore dō per crucem; Et quia Interfecit In unius In cruce  
 In qua non sine causā In paulus secundo uideatur In unius In no-  
 minasse; Et In uno quidem dixisse quod soluit In unius In xp̄i  
 In carne In secundo uero Interfecisse eam In cruce; Soluit enim que  
 uideatur In his qui adhuc tamen gerunt aduersum peccatum  
 & repugnant ei pro uiribus Interficere uero In his qui peccatum



lam nequa quam omnino non recipiunt' sed omni ex parte' tunc omnia sua  
morificauerunt peccato. Ex quibus erat' & ille quid dicitur' xpo cruce  
fixion uiuo ego autem lam non ego uiuere uero in me xps. hoc ergo mo  
dum xpc occidit inuicem in carne sua cum morte suscepta ex  
emplum dedit hominibus usque ad mortem resistere aduersus pec  
catum; Et ad eum resoluta inuicem in carne sua reconciliauit  
sanguine suo homines deo eos diuina taxat qui in uoluntate reconcilia  
tionis sedus ubi non peccando custodiunt; Igitur mors eius mortem  
in uicem dedit ei que erat' Inter nos & deum & reconciliationis in  
uicem; Resurrectio autem ipsius & uita salutem credentibus conualuit  
Sicut & alibi apostolus dicit de xpo quia enim mortuus est peccator mor  
tuus semel quia autem uiuit in uita deo; peccator mortuus deo non suo  
neque enim peccatum fecit' sed ipse peccato mortuus id est' tu qui  
mors tua peccato ipsi intulerit mortem. Uiuere autem dicitur deo.  
ut & nos non nobis neque nostrae uoluntati sed deo uiuamus. Ut ita  
demum in uita ipsius saluari possimus. secundum eum quid dicit.  
Uiuo autem lam non nego. uiuere uero xps in me. Quero si  
militer ut in superioribus posuit. Non solum autem sed & glo  
riamur in deo. & nihil addidit. ad non solum autem similiter  
ut superiora intellegendum est. De his dictum quae supra com  
prehensasunt. Id est quod non solum cum inimici es semus recon  
ciliatus sumus deo per mortem filii eius. & non solum in uita ipsi  
us salu erimus. Sed & nunc gloriamur in deo per deum in uita ipsi  
us per quem reconciliationem accipimus. Sed ut ostenderet gloria  
tionem nobis non solum in futuro. sed & presentiam de uigilatione di  
uina & emendationis uitae. & eorum correctione. Sicut & in alius apostolus  
dicit. Spem habentes & presentis uitae & futurae. presentis quia honest  
ior & emendatior. futurae quia aeternae.



## EXPLICIT LIB. III. INCIPIT LIB. QUINTUS.

**P**ropterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum  
 intrauit. & per peccatum mors. Et sic in omnes homines mors  
 transit in quo omnes peccauerunt. usque ad legem enim peccatum  
 in hoc mundo. peccatum autem non imputatur cum lex non est.  
 sed rogauit mors ab adam usque ad moysen in eos qui peccauerunt  
 in similitudinem praeuagationis adae qui est forma futuri.  
 Postea quia edocuit differentiam fidei & legis & eorum qui per fidem  
 iustificantur. Atque eorum qui pro missiones quae ad patres factae fuerunt  
 non possunt spiritare per legem. Cumque aperuisset arcam secreta  
 mysterii. quia cum inimici essemus deo per moysen filius eius recon  
 ciliati sumus. Nunc & causas tunc inimici fuerimus. tunc moysen  
 filium dei indegerit ista reconciliatio consequenter exponitur.  
 Ut inuenies quanta nobis prestiterit ihesus. In moysen pro nobis quanta per  
 tulerit. radicatione ergo cum fide & insperabili caritate teneamur.  
 deo ergo licet non usquequaque patefactum indicat. Tamen nobis  
 & alterius secreta rationem dicens. Propterea sicut per unum mortem  
 introiit in hunc mundum. & cetera. Sed priusquam de explanatione  
 nem totius capituli ueniamus. pauca de ea quae uidetur in con  
 sequentibus ipsius eloqui. defectuque dicenda sunt. Ubi enim dicitur  
 propterea sicut necessarium uidetur quia addi debet ad impletio  
 quidam ut dicitur ita ut illud uel illud & ut ipse in nonnullis scri  
 bit uerbigratia cum dicit. Sicut enim in adam omnes moriuntur.  
 ita & in christo uiuificantur omnes. Hic autem cum dixerit. sic  
 per unum hominem peccatum introiit in hunc mundum. & per  
 peccatum mors. & ita in omnibus hominibus pertransiit. non reculat  
 ut dicitur & uerba causa. ita et per unum hominem iustitia introiit  
 in hunc mundum & per iustitiam uita. & sic in omnes homines



uita per transit. In qua omnes uiuificati sunt. Hoc enim uidebat  
propositi eloqui sensus expectere secundum ea quae in alio ipse  
proloquitur. Neque enim multum defest illud quod alibi dicitur.  
Sicut enim in adam omnes moriuntur. & quod hic dicitur. prope  
sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum introiit  
& per peccatum mors. & ita in omnes homines per transit in  
quo peccauerunt. & iterum quod dicitur. Ita in christo omnes uiuificati.  
Nihil differt ab eo sensu quem super deesse elocutioni diximus. & in  
tellectu legentis relictum. Sed mihi uideatur pauca quidem quae suffici  
cientia nam ex deo est. qui & idoneos nos fecit ministros noui  
testamenti. Et iterum dicitur. aut documentum quaeratis uos  
qui in meloquitur christus. Non hoc per defectus passus eloqui. sed  
prospexisse aliquid utilitatis. quo etiam si intellegi deberent  
ea quae de esse elocutioni. & sub intellegendis diximus. tamen  
propter negligentiores quosque. si forte resolu possent si uiderent.  
quasi sicut mors in omnes homines per peccatum. Ita & in omnes  
homines per transit. & ut apud christum considerantur. palam autem  
dici & publice non debere. Simul & illud ostendens. quia & iam  
super unum hominem iustitia introiit in hunc mundum. & per  
iustitiam uita & in omnes homines per transit. Tunc non hoc in  
presenti statim contingere nec occiosis accedere. sed his qui multo  
labore & sudore nocuerunt. quae occultae sunt quaerere. pulsare  
quae clausae sunt desiderare quae absconditae sunt. Denique in  
capitulo quod pro similitudine horum dictorum in medium adduxi  
mus. Id est sicut enim in adam omnes moriuntur. non dicitur. Ita  
& in christo omnes uiuificati. aut uiuificantur. sed uiuificabuntur. ut ostendat  
deus quidem presentis temporis est laboris & operis in quo per bonam con  
uersationem merita conquirantur. futurum uero esse in quo ui



iustificabuntur. hi qui in presenti uita xpo conmoruntur. Sicut & alibi  
 dicit apostolus. si enim conmorimur & conuiuemus. & ideo  
 & cum in presenti loco dissimulat exsequi. & adimplere sermone  
 ea quae sensu & consequentia uidentur intellegi. Alius fortasse  
 dicit quod hoc quod uidetur deesse in his quae supra diximus secund  
 elocutionis ordinem tarde quidem. sed in posterioribus redditur.  
 Ubi dicit. sed non sicut delictum ita & donatio. Si enim unus delicto  
 mortuus sit multi multo magis gratia dei & donum in gratia unius  
 hominis ihu xpi in plures abundauit. & asserit ex his complere  
 quae de suis se in superioribus uidebantur. nec multum interesse  
 q. ubi in omnes homines dixerit peccatum. hic uero donum &  
 gratiam ihu xpi in plures abundasse. Cum & omnes plures esse  
 intellegantur. & plures omnes intellegi non uideatur. absurdum  
 maxime cum insequentibus dicat apertius. sicut per unum delictum in  
 omnes homines in condemnationem. ita & per unum iustitiam in om  
 homines ad iustificationem uitae. & ut euidentius ostenderet  
 omnes homines & multos homines idem esse addidit his. Sicut enim  
 pro oboedientiam per unum hominis peccatores constituti sunt multi.  
 ita & per unum oboedientiam iusti constituentur multi. & q. supe  
 rius omnes dixerit homines. hic eodem sensu multos nominauit.  
 Nisi quis dicat quia magis promiscere & confundere uolens apost  
 idq. superius aperuerit. Ne ut diximus dissolueret ac relaxaret  
 audientes eos quos ante omnes dixerit. hic plures nominauit.  
 ut & illud quia omnes dixit. ad eos tamen modo traheretur. qui do  
 num xpi gratiae consecuti sunt. qui tamen non pauci. sed plures s.  
 & enim mors est apostolo paulo cum debemur accedi & effabili  
 eius. bonitate aliqua patefaceret. Rursum pro negligentiores  
 quos qui auditores paululum uelud exasperare quae dixit.



Et metum aliquem remissioribus intentare. Ut cum de  
fine omnium corinthis disputans ait. Sicut enim  
in adam omnes mori ita et in xpo omnes uiuif. Et  
paulo post deinde finis cum tradidit regnum  
dō et patri etcetera. p quibus uerem nequiditias  
bonitatis dī et patientiae et longuā contempnent  
secundum duritiam suam et cor inpenitentē thes  
aurizaret sibi iram indie iusti iudicium dī. Ad  
didit post illa disine dixerat nolite seduci corru  
punt mores bonos conloquia mala. Ex p gisimim  
iusti et nolite peccare. Ignorantiam enim dī  
quidam habent ad confusionem uobis dico. Agit  
ergo tamquā prudens dispensator uerbi et cū  
uenerit ad ea loca in quibus dedi bonitate dicen  
dum est propter signiores quosque et occultius  
haec et obscurius profert. ne forte ut diximus  
diuitias bonitatis eius. et patienter et longa non con  
temnat. Et iram sibi thesaurizent indie irae.  
Inquam necesse est incurrere omnem qui sibi ha  
iusmodi gesta thesaurizauit. Etiam si post haec  
uideris quid fiat. sed et q ait usque ad legem sū  
peccatum in hoc mundo. peccatum autem non  
imputatur cum lex non est. hoc uidetur ostendere  
q usque ad legem. hoc est usque quo xps ueniret  
qui tollit peccatum mundi. Peccatum erat ma  
nifestum est autem peccatum non posse imputa  
ri. ubi lex non est qui arguat peccatorem. re  
nauit autem mors quae p peccatum fuerat in



gressa usque ad moysen. hoc est usque quo lex per  
mansit in eos qui peccauerunt secundum simili  
tudinem peccati adam per quem mors ipsa accipit  
ingressum qui ad formam futuri est. Non  
secundum quod preuaricatus est. Sed secundum  
hunc quod sicut per ipsam mortem ita per nouissimum  
adam uita ingressa est in hunc mundum. sicut  
per illam in omnes homines condemnatio. Ita et  
per christum in omnes homines iustificatio. hinc de  
ipsius eloqui apostolici continentia dicta sunt.  
Videamus nunc quid etiam interior habeat in  
tellectus. sed illud primo in loco ammonendu  
puto quod uidetur mihi apostolos paulus in his  
precipue locis qui nunc habentur in manibus  
ita quodammodo haec loqui uelut si quis fidelis  
famulus et prudens a rege magno et domino suo  
introducatur in thesauros regios et ostendant  
ei diuersa et magna domicilia quorum aditus uarii  
et incerti. Ita ut ei per alium ingressus et per alium  
monstraretur. Egressus interdum autem ex di  
uersis ingressibus ad unum conclaue ueniat  
aut saepe in terris quoque uidemus extructa  
palatia ostendatur et ait huic qui circumcidit  
fidei famulo thesauros argenti regni et alius  
auri. lapidum quoque et margaritarum uariarumque  
monilium purpure etiam regiae locus et alius  
diadematum demonstrantur. Adhuc regina  
et aliam in multis diuersisque mansionibus positi



Et tunc singula haec non penitus ad integrum patentibus  
ianuis referentur. sed ex parte subaperitis ita ut ag-  
noscat quidem thesauros dominicos et regias opes  
nec tunc aliquidum et ad pfectum singula quoque  
cognoscat. Post haec uero iste seruus qui fidelis  
habitus est ut ei rex et dñs opum suarum magni-  
tudinem faceret innotescere. Mittatur ut exer-  
citur regi congreget dilectum habeat milites plur.  
**P**ro eo quidem quia fidelis est ut plures inuict ad  
militandum et maiorem exercitum congreget  
regi necessitatem patietur pferre ex parte quid  
erit. Et rursum qui prudens est et scit necessa-  
rium eē abscondere misterium regis indicis  
quibusdam magis quā relationibus utetur. Ita ut  
potentiam quidam regis non lateat ordinis. Tunc  
atque ornatus palatii et habitus occultata maneat  
dispensatio. Ita ergo ut dixi uideatur mihi etiam apō-  
paulus in his sermonibus facere non solum p eo q̄ et p̄  
d̄ q̄ ex parte sciāt et ex parte cognoscat. Sed et p̄ter  
nos qui nec ea quidem qui ex parte sciāt capere possunt  
temperare sermonem. Et unus cuiusque conclave mis-  
terii singulis aut uix bonis pferingere et subaperire  
sermonibus et nunc per unum aditum ingressus per  
alium digredi. Ex alio ingressus ad aliquid conclave  
concurrere. Ita ut si requiras eum illo aditu quo ingres-  
sus est non inuenias egressum. His ergo prius de his  
qui paulus scribit in mente nostra atque animis for-  
nantes nunc iam ad inspicienda et contuenda ea quae in



manibus habentur puribus conuertamur. Et primo  
 uideamus quomodo p unum hominem peccatum in  
 troiuit in hunc mundum. et p pec mort. fortassis  
 enim requirat aliquis si ante adam mulier peccauit.  
 da qua dicitur q seducta in p uaricatio nefacta est.  
 Et rursum ante ipsum peccauit serpens. Peccauit  
 enim cum dix mulieri. Ut quid hoc dix d s ut non man  
 duceat de omni ligno paradisi. Et iterum peccauit  
 rit cum d s dixerit. Qua quacumque die manducaue  
 ritis ex eo morte moriemini. Et ille diceret ad  
 mulierem non morte moriemini. Sed sciebat d s  
 q quacumque die manducaueris ex eo aperientur  
 oculi uestri et eritis sicut dii scientes bonum et malu.  
 Ergo ante adam mulier peccauit et ante muliere  
 serpens. Et in alio loco d t ap os q adam non est  
 seductus. Mulier autem seducta est. q mo p unum  
 hominem et non magis p unam mulierem uidebitur  
 introisse peccatum. Muliere enim initium peccati  
 et ante mulierem a serpente siue diabolo. De quo  
 dicitur in euangelio. q ille homicida erat ab initio.  
 Sed uide in his apostolum naturae ordinem tenuisse.  
 Et ideo quo de peccato loquebatur. Ex quo mors in omf  
 homines p transierat successionem posteritatis humanae  
 q huic morti subcubuit ex peccato uenienti non muli  
 eri adscribit sed uiro. Non enim ex muliere poste  
 ritas sed ex uiro nominatur. Sicut et ipse ap os in  
 aliis dicitur. non enim uir ex muliere sed mulier  
 ex uiro. Et iterum sicut enim mulier ex uiro ita



et uir non ex muliere sed p mulierem et ob hoc  
mortalis posteritas et corporalis successio uiro  
potius tamquam auctori et non mulieri deputat.  
Sed ut adhuc euidentijs fiat q dñs addemus et  
iam hoc idem ap̄os ad hebr̄eos ita scribit. sed  
et leui quidecimas accipit decimatus est. Ad  
huc enim in lumbis patris erat abrahæ cum ob  
uiauit ei melchi sedech. regresso acede regum  
si ergo leui qui generatione quarta post abraham  
nascitur in lumbis abrahæ fuisse phibetur.  
Multo magis omnes homines qui in hoc mundo nas  
cuntur et nati sunt in lumbis erant ad e. cū adhuc  
eēt in paradiso et om̄s homo cum ipso t̄ in ipso ex  
puli sunt de paradiso. Cum ipse inde depulsus est  
et p ipsum mors q̄ ei ex p̄uaricatione uenerant  
consequenter et in eos p̄transiit qui in lumbis eius  
habebantur. Et ideo recte ap̄os d̄t. sicut enim in  
adam om̄s moriuntur ita et in xp̄o om̄s uiuificantur.  
Neque ergo ex serpente qui ante mulierem peccauit  
fuit. neque ex muliere q̄ ante uirum in p̄uaricatione  
facta est. sed p adam ex quo omnes mortales origi  
nem ducunt dicitur introisse pecc̄ et p̄ peccatū mors.  
sed hic nimirum est unus homo p̄ quem pecc̄ introiit  
in pecc̄ mors. quem et alibi ipse ap̄os d̄t. Primum  
hominem de terra terrenum. secundum uero caele  
stem. Cum et ortatur nos abiecta imaginem ter  
reni. Imaginem portare caelestis. Id est ut secundum  
uerbum uiuentes renouemur et reformemur. sed



interiorum hominem ad imaginem dei qui creauit eum.  
 Ergo homo qui iam reformatur et reparatur ad  
 imaginem dei neque terrenus neque in hoc mundo  
 est sed in caelis esse dicitur conuersatio eius. Et  
 deo secundum eum quid dixit. Vos autem non estis  
 de hoc mundo. Mors in eum non potest pertransire.  
 Quia autem adhuc in hoc mundo est et terrenus est  
 et terram imaginem portat de ipso dicitur quia  
 peccatum in hunc mundum introiit et per peccatum mors quod  
 per peccatum et mors in hunc mundum introiit et  
 in hoc mundo habitat. Certum est alienus amor  
 et peccato esse eos qui pro christo et cum christo mortui  
 sunt huic mundo et cum ipso resuscitati. Cum ipso  
 etiam sedere in caelestibus meruerunt conuersationem.  
 in hunc mundum sed in caelis habentes. Unde et  
 pari consequentia ostenditur quod dominus homo primo  
 de terra terrenus est. Sicut idem apostolus alibi dicit.  
 Cum imagine terreni ambulat et secundum imaginem  
 terreni ambulat carnem cogitat et quae carnis  
 sunt sapit. Et uix aliquando est ut conuertatur ad deum  
 et spiritu dei agatur atque spiritalis effectus fiat.  
 Nouissimus adam in spiritu uiuificantem require  
 sane quomodo per unum hominem in hunc mundum deus in  
 troiit peccatum. Et certum est quod hic mundus ter  
 renus hunc appellet locum in quo homines habi  
 tant. In nullo alio loco introiit peccatum neque in illis  
 locis inuenitur. Ubi spiritalia nequitiae in cae  
 lestibus nominantur. sed et illud apud te metipsum



pertractato unde in hunc mundum introiuit peccatum aut ubi erat priusquam hic introiret. dicit si omnino erat uel si fuit ante illum ad quem dicit usque quo inuentae sunt iniquitates in te et propter hoc picite in terram. Nobis autem de his non est tutum plura differere. Cum uideamus a patre uix singulis haec perstrinxisse sermonibus primum hominem peccatum introiuit in hunc mundum. Mundus autem ut dicitur intellegendus est uel locus in quo habitant homines et terrena et corporalis uita in qua mors habet locum. Cui mundo hoc est terrenae uitae crucifixus seduit scilicet et mortuos. Et pro peccato inquit mors illa sine dubio mors de qua et propheta dicit quod anima quae peccata ipsa morietur. Cuius mortis hanc corporalem mortem umbram merito quis dixerit quocumque enim illa incesserit hanc necesse est subsequi uelut umbram corpus. quod si obiciat quis saluator peccatum non fecit nec mors mea fuit animae pro peccato et non mortem sustinuit corporalem. Respondebimus ei sicut cum ipse peccatum non fecerit pro nostra tunc tamen salute per assumptionem carnis ipse deus factus esset. peccatum ita et cum morte istam nulli deberet nec ei esset obnoxius pro salute tamen. Nam hanc uelut umbram illius susceptae dispensationem quae supra diximus spontaneae necessitate suscipit. sicut ipse dixit. Potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo iterum sumendi eam. Sed uideamus quomodo in omnis homines pertransit mors. In quo omnes inquit peccauerunt. absoluta sententia pronuntiavit a patre



omnes homines mortem pertransisse peccati in eo in quo  
 peccatum. sicut et alibi. Omnes enim peccauerunt et  
 egent gratiadi. Et ideo etiam si abel illum iustum dixeris  
 non potest excusari. Omnes <sup>enim</sup> peccauerunt. Cur enim  
 post dicitur obtulit et post eam obtulit ostiam exprimo ge  
 nitis emanante ipsum et non statim etiam si enos dicas  
 qui sperauit in uocare nomen domini sperauit et cur non  
 statim inuocat sed dissimulat et moratur. Etiam si enoch  
 dicas non scribitur placuisse usquequo generat et mathu  
 salam. Mathusala autem inter preatur emissio mortis.  
 Ex quo ostenditur quia mors ista quoniam omnes homines per  
 transiit etiam in ipsum transiit sed uix aliquando  
 sensit esse intransiit mortem. Et conuersus ad dominum emisit  
 eam a se et abiicit per penitentiam. Et ideo mathusa  
 lam dicitur genuisse. quia semortem quoniam eum obsederat  
 abiicisset. Recte ergo quia iam morti non esset obnoxius  
 sed abiicisset eam a se et fugasset dicitur quod transi  
 lerit illum deus ut inuideret mortem. sed et denoe  
 si requiras attentius inuenies quod quingentissimo demum  
 annos scribitur. de eo quod noe inuenit gratiam in conspec  
 tudini dei et quia iustus erat in generatione sua et qui pla  
 cuit deo quoniam utique si prius meruisset numquam id opinor  
 scriptura diuina saluisset. sed et si qui uelit quod bibit  
 unum et inebriatus est ac nudatus reputare inueniet  
 ex his omnibus non in merito ab apostolo dici in quo omnes  
 peccauerunt. Etiam si euigilauit noe a uino suo. quidam  
 dicunt et de abraham cui dicitur exi de terra tua et de cog  
 tua et de domo patris tui. qui utique non diceretur si de domo



patris deo placere potuisset. Sed non opus est cum ingen-  
ti periculo in his singulos quosque enumerare so-  
rum. Cum sufficiat et apud sententia quae morte  
dicitur in omnes homines pertransisse illius quidem  
Nemo mundus a corde etiam si unus dies fuerit a-  
eius. Sed ista mors peccati quod in omnes pertransit.  
Cum uenisset ad ihm et temptasset eum perforare aculeo  
suo. Aculeus enim mortis peccatum repulsus est et  
contractus uita enim erat et mors necessario exter-  
minabatur a uita. Et tunc ad eam dicitur. Ubi est  
mors aculeus tuus ubi mors uictoria tua. Idcirco  
enim quod omnes uicerat. hic dicitur ad eam ubi mors  
uictoria tua. sed et quod peccatum quidem non dixit  
in omnes homines sed in mundum introisse. Mor-  
tem uero non in mundum sed in omnes homines et non  
introisse sed pertransisse. Non puto quod frustra hac di-  
scipulo usus sit paulus. arbitror quod mundum hic ter-  
renos quosque et interrena conuersatione pertransi-  
tes designet. homines uero eos dicat qui iam serua-  
re possunt agnoscere et scire quod ad imaginem dei facti sunt.  
In illos ergo qui mundus appellantur id est terrenos  
introisse de peccatum et nusquam eius exitum possunt.  
In eos uero quos iam homines uult intellegi dicit per-  
transisse peccatum id est fuisse quidem. sed per peni-  
tentiam conuersationis depulsam esse et pertransisse  
nec ultra in eis stetit. Unde apparet in litteris  
pauline unam quidem syllabam uacuum sentiri  
debere misterius. Uideamus nunc quomodo dicitur.



usque ad legem enim peccatum in hoc mundo. Peccatum  
 autem reputatum non imputatum cum lex non est.  
 Quasi ante legem peccatum non fuerit et nemo pec-  
 cauerit nec reputatum fuerit illi peccatum ante quam  
 lex mori daretur. Cum legamus et cam et lamech  
 reputatum esse peccatum et ne per singulos immorem in tantum  
 peccatis hominum exacerbatum esse dominum. Ut dilu-  
 uium mundo introduceret et diceret deleam  
 omnem carnem quam super terram est. Et rursum so-  
 domitas igneus imber et sulphorea flamma uas-  
 tauerit. Quomodo ergo in huiusmodi peccatis dici  
 potest non fuisse peccatum uel in uindictis talibus  
 negabit reputatum esse peccatum. Et ideo occultiore  
 aditu digressus nobis requirendus est pauli in eo-  
 dem usque ad legem enim peccatum in hoc mundo  
 peccatum autem non imputatum cum lex non est. Inuenimus  
 eum et in posterioribus huius epistulae dicentem  
 hoc modo. sine lege enim peccatum mortuum.  
 Ego autem uiuebam sine lege aliquando in quo  
 unus mihi atque idem sensus uidetur utriusque  
 capituli. Quoniam hic de erat in sermone ibi ad im-  
 plebitur. usque ad legem enim peccatum in hoc mundo  
 deest mortuum quod ibi euidentius expressit.  
 Si ergo etiam hic uingamus istum sermonem et  
 dicamus usque ad legem enim peccatum erat  
 in hoc mundo mortuum peccatum autem non im-  
 putatur cum lex non est. Uide quod integre stare  
 poterit sensus. sed et illud sepe iam diximus in hac



ep̄is paulum de multis quidem legibus sed natura  
 li lege frequentius disputare. q̄ et in hoc loco p̄  
 cipue deprehenditur. Usque ad legem enim natu  
 ralem que ergo aetatis tempore. Ubi rationis  
 capax eē quis coepertit et iusti in iustique aequiet in  
 que habere discrimen. Tunc peccatum q̄ prius intra  
 hominem uelut mortuum habebat̄ reuiuiscere dicitur  
 pro quod est iam intrinsecus lex que et ratio q̄ ostendit  
 dat non eē faciendum. sed ut aper tius intellegatur  
 q̄ dicimus euidenti utamur exemplo. Scriptū est  
 qui percussit patrem aut matrem morte moriatur.  
 Et qui maledixerit patri aut matri morte moriatur.  
 Puer ergo paruulus iiii. fere aut. v. annorum sicut  
 fieri solet indignatus uirga percutiat patrem aut matrem  
 quantum ad p̄ceptum mandatis peccat mortem  
 debet. sed quia lex in illo nondum est naturalis que  
 eum doceat non debere iniuriam facere patri aut  
 matri t̄ sit in hoc crimen impietatis amitti.  
 Et est quidem species peccati q̄ facit. matrem enim  
 percutit uel maledicit sed mortuum est in eo post  
 peccatum quia p̄ absentiam naturalis legis que  
 in eo nondum est peccatum ei non potest reputari.  
 Nondum est enim intra eum ratio tanta que eum  
 docet. hoc q̄ facit fieri non debere. Et ideo etia  
 a parentib; non solum non reputatur ad culpam sed  
 ad gratiam iocunditate que et suscipitur. Et hoc modo  
 consequenter. Ut ergo arbitror intellegi potest q̄ p̄  
 dicit. usque ad legem enim peccatum in hoc mundo



ut subaudiat mortuum peccē autem non imput̄ cum lex  
 non est. Conuenit enim secundum hanc expositionem  
 etiam illud intellegi quod dicit ap̄os. Ego autem uiuebā  
 sine lege aliquando. Nam quomodo paulus sine lege  
 moysi inuenitur aliquando uixisse. Cum ipse desēdicat  
 q̄ hebreus ex hebreis sit. Et octaua die circumcisisus stati  
 anatiuitate in moysi legis obseruantia fuerit. sed con  
 stit eum aliquando hoc est in puerili aetate. quā rationis  
 capax fieret sine naturali lege uixisse nondum enim  
 ei in illa aetate inerat. iusti iniustique distinctio. Nec  
 recti prauique patebat examen. q̄ de naturali lege  
 dici insequentibus euidenter ostēdit. Cum dicit. sed ubi  
 uent mandatum peccatum reuixit. Ego autem mor  
 tuus sum p̄ q̄ declarat illius aetatis peccata fuisse quide  
 sed mortua habita quia non putabantur ad culpam.  
 Ubi uero scire inquit coepi quid agendum sit. Quid ca  
 uendum et mandatū legis in trame ingentis accipere.  
 Tunc in me reuixit peccatum q̄ prius p̄ absentia legis  
 mortuum uidebatur. Et ego inquit mortuus sum.  
 Coepit enim iam mihi reputari peccatum. sed haec  
 bassides non aduertens de lege naturali debere intel  
 legi ad ineptas et impias fabulas ser̄ monem apostoli  
 cum traxit. EIMETENSOMATOCCOC. dogma id est  
 quod animae in alia atque alia corpora transfun  
 duntur. Ex hoc apostoli dicto conat̄ astruere. Dix  
 enim inquit apostolus q̄ ego uiuebam sine lege  
 aliquando hoc est ante quam in istud corpus uenire  
 nea specie corporis uixiq; sub lege non esset peccud

no

no



scilicet uel auit sed non respexit ad id q sequit̄. id est  
sed ubi uenit mandatum. sed ad se uenit mandatu  
et peccatum non dixit non fuisse in se sed mortuū  
fuisse et uixisse in quo utique ostendit q̄ de una  
eademq̄ uita sua utrumque loqueretur. Uerū  
bassilides et si qui cum ipso hoc sentiunt in sua  
impietate relinquuntur. Nos autem apostoli sen-  
sum secundum ecclesiastici dogmatis aduer-  
sum. sed et hoc ipsam quidē peccatum erat in  
hoc mundo et non dixit in hominibus. Cum utiq̄  
sint in mundo et pecudes et cetera animalia  
et arbores. Ex quibus cumque mundus hic constat.  
Nec tamen in his creditur eē peccatum quale sit  
requiramus uidetur mihi q̄ hic apōs homines  
illos sententiā quam rationis capaces sunt.  
Et naturalibus legibus parent illam uero aetatem  
quondam ad capacitatem rationis accessit. Non tamen  
homines quam mundum appellauerit. Neq̄  
pari q̄dem mundi sunt. Non dum tamen in hoc  
uenerint ut imaginem in sedi ad quā homo fac-  
tus esse dicitur capacitatem rationis expresse-  
rint. Sed et illud uelim nisi plus iusto curiosum  
uidetur inquirere. Ne forte secundum eos qui  
moysi legem in his intellegi uolunt p̄ hoc quidē.  
Peccē autem non impū cum lex non est. Uidetur  
etiam diabolus et angeli eius absolui si ubi lex nō  
peccē non reputat. Et quomodo ante legem moysi  
uel serpens damnatus ē uel inuidi ad diaboli moysi



introiuit in orbem terrarum. Quomodo etiam q  
iudas apostolus in epistola catholica de. poterunt  
expliare ait enim ita angelos quoque qui non  
seruauerunt principatum suum sed dereliquer  
domicilium suum in iudicium magni diei. aeter  
nis uinculis constrictos sub caligine reseruat.   
Ex quibus omnib; magis ac magis constat de ea lege  
haec apof dicere q unusquisque siue hominum  
siue etiam angelorum diuinae quadam dispen  
satione u munere in trase naturaliter gerit.  
Cuius tanta uis est et tanta potentia ut etiam ange  
los arguat. Nec psonam illius dignitatis excipiat.  
Et ipsa fecerit. hoc quod superius ap iudas dicitur  
ut angeli qui non seruauerunt principatum suum  
sed dereliquerunt domicilium suum ad iudicium  
magni diei aeternis adstricti uinculis seruarent.  
Ipsa est lex q etiam diabolum et angelis eius in igne  
aeternum qui eis pparatus est ptrahit. Et sicut  
certu est q neque illi angeli aeternis adstricti  
uinculis ad iudicium seruarentur. Neque isti in igne  
aeternum qui eis pparatus est mitterentur nisi  
q positam sibi ad o legem non seruauerunt. Neq;  
ad iudicium uenirent nisi contra legem aliquid com  
misisserit. Ita certum uidetur q sic custodissent  
positam sibi legem neque isti in ignem aeternu  
neque illi sub aeterna caliginis uincula decidis  
sent. Super est etiam illud prouerbibus discutiamus  
quomodo dicitur sit. sed regnauit mors ab adam



usque ad moysen in eos qui peccauerunt in similitudi-  
nem p̄uaricationis adae qui est forma futuri.

Tertio nunc ap̄os de morte commemorat. Primo  
ait. quod peccatum mors introiit in hunc mundū  
Secundo in omnes inquit homines mors p̄transiit.  
Nunc uero regnauit inquit mors ad adam usque  
ad moysen. Et sciens eē p̄ haec singula aliquas dif-  
ferentias. qm̄ quidem introierit et qm̄ regnaue-  
rit indicauit. Tunc inquit introiit cū primus  
homo deliquit. Et quomodo introiuerit dixit  
p̄ peccatum inquit et nunc regni eius tempus  
ab adam usque ad moysen designat. Quomodo autē  
in omnes homines p̄transierit non ostendit.;

Uidetur ergo mihi in his describere ap̄os uelut  
tiranni alicuius ingressum qui uoluerit regnū  
legitimi regis inuadere. Et primo quidem facit  
ipsas et aditus regni occupauerit p̄uaricationē  
custodit. Tunc deinde cunctorum animos ad se  
inclinare temptauerit et maxima ex parte po-  
tuerit. Et ita indebitum sibi uindicauerit reg-  
num. Hoc ergo p̄ tyrannidem regnante mittit  
dux electus a rege legitimo moyses qui occupatos  
ab eo populos ad iura imperii uera reuocaret et  
ueri regis uia legibus edoceret. Ille tunc tyran-  
nus id est mors peccati qui p̄ p̄uaricationē primi  
custodis inrepsit. Regnabat super omnes illos  
qui ad eum simili ut ille primus p̄uaricatione  
declinauerunt. sed iste legitimi principis dux ager



omnia quatenus aliquos ex peccati. Et mortis regno  
 diripiat. Et obtinuit tandem ut unam gentem et  
 si quis hinc uoluit sociare conuerteret. Et ex pre  
 cepto regis primus sacrificia instituit. Quibus certa  
 solemnitate oblati diceret et remitteretur ei pecc  
 etta denum ex parte aliqua homines coeperunt de  
 regno peccati mortisque liberari. Nam tyrannus ille  
 quid dicitur mors ab adam qui primus p̄uaricationem  
 sui ingressum ei dederat ut in omnes homines per  
 trānsiret regnabat usque ad moysen. Istum quem diximus  
 ducem. qui missus a dō omnium rege regnum eius.  
 coepit infringere et sub lege iusti principis reuocare.  
 Regnauit ergo mors ab adam usque ad moysen secundū  
 speciem quā supra posuimus. Non sup omnes sed in eos  
 qui peccauerunt in similitudinem p̄uaricationis adae.  
 Nam introiit quidem mors in mundum. Et in omnes  
 pertransit non tamen homines regnauit. Aliud est  
 enim pertransire et aliud regnare. Peccatum etenim  
 pertransit etiam in iustos. Et leui qui adam eos conta  
 gione p̄strinxit in p̄uaricationibus uero id est his qui  
 se ei totamente ac deuotione subiciunt regnum  
 tenet et omni potestate dominatur regnauit er  
 go mors ab adam qui primus transitum peccato  
 in hoc mundo pate fecit usque ad moysen id est  
 usque ad legem. Per legem enim purificatio pec  
 catorum coepit aperiri et ex parte aliqua tyran  
 nidi eius. obisti p̄ hostias p̄ expiationes uarias per  
 sacrificia p̄cepta. sed qm̄ tanta erat eius dominatio



quires legis excederet mittuntur in auxilium legis  
prophetarum sedet ipsi prudentes supra uires suas et  
tyranni potentiam aduentum presentiam ipsius  
regis exorant. Clamantes ad deum. Emitte lucem  
tuam et ueritatem tuam. Et iterum inclina cae-  
los et discende et rursum. Exsurge domine prope  
nobis affuit ergo ihesus christus filius dei. Et in quo lex  
in se in abatur per carnem dei filium suum mit-  
tens in similitudinem carnis peccati. De peccato  
damnauit peccatum in carne et mundum quidem  
reconciliauit deo. Exiit autem principatus et po-  
testates tyranni triumphans eas in semetipso.  
Uerum in haec per excessum quendam lapsi uidemus  
sed ad propositum redeamus. Igitur mors peccati ab  
adam usque ad moysen id est usque ad aduentum christi.  
Moses enim lex appellatur. Et lex sicut scripturae  
usque ad iohannis baptismum habuit locum ex quo  
coepit ihesus regnum dei praedicare. Quia autem excep-  
cerat quos in quibus mors regnauerit non mihi  
uidetur dici absque misterii alicuius indicatione.  
forte ergo fuerint aliqui usque ad aliud tempus  
sub lege uelut sub pedagogo homines habebantur  
quod tale aliquid egerint. quale adam in paradiso egisse  
describitur et contegisse ex ligno sciendi bonum et  
malum et erubuisse nuditatem suam atque habitatione  
paradisi decedisse. Aut magis simpliciter accipi-  
endum uidetur et similitudo per uariationis ad ae ad  
aliqua discussione recipienda. Ut hoc sermone omnes



quia adam p̄uaricatore nati sunt indicare uideant  
 et habere in semet ipsis similitudinem p̄uaricationis  
 eius. Non solum ex semine sed ex institutione sus-  
 ceptam. Omnes enim qui in hoc mundo nascuntur  
 non solum nutriuntur a parentibus. sed et imbu-  
